FLAVII PHILOSTRATI

DE ARTE GYMNASTICA LIBELLUS.

RECOGNOVIT, LATINE REDDIDIT, ILLUSTRAVIT

C. H. VOLCKMAR,

DR. PHIL.

AURICAE

APUD L. SPIELMEYER.

1862.

FLAVII PHILOSTRATI

DE ARTE GYMNASTICA LIBELLUS.

RECOGNOVIT, LATINE REDDIDIT, ILLUSTRAVIT

C. H. VOLCKMAR,

DR. PHIL.

AURICAE

APUD L. SPIELMEYER.

1862.

60569

PRAEFATIO.

Ex Flavii Philostrati scriptis intercidisse librum de gymnastica quo gravius viri docti dolere solebant, eo majore affecti sunt gaudio, quum nuntius afferretur, a Minoide Myna, homine Graeco, repertum esse tractatum illum. Mynas enim anno 1840 a Villemanio, qui tum in Gallia erat a cura rerum sacrarum et scholasticarum, in orientem ad veteres codices indagandos missus anno 1844 e Graecia et Asia minore redux libros manuscriptos a se inventos et in Galliam perlatos in actis diurnis (Moniteur 5 janvier) recensuit ac Philostrati libellum e latebris productnm sic descripsit:

> Philostrate, sur l'art gymnastique. Ce traité, dont quelques fragments viennent d'être publiés par M. Kayser, consiste en un manuscrit in 4° de 20 pages, écrit en caractères très-serrés; avec ce qui suit et ce qui précède, il forme en tout 32 pages et est divisé en deux cahiers que j'ai sauvés de la pourriture. Ce qui précède est une partie du dialogue de Phoenix et d'Ampélion*); ce qui suit est relatif au style épistolaire. Dans le traité de la Gymnastique Philostrate blâme la paresse de ses contemporains, qui amollis et effeminés ne méritoient pas le nom d'hommes. Il divise du reste la gymnastique en ses diverses branches et examine les motifs qui avoient engagé les anciens à établir les jeux Olympiques, Pythiques etc.

*) „Non vidit esse haec partem Philostrati Heroicorum, in quo libro mercator ex Phoenicia (Φοίνιξ) et vinitor (ἀμπελουργός) inter se confabulantur. Quod igitur in libro interlocutorum nomina de more detruncata Φοίν. et Ἀμπελ. passim apposita vidit, suspicatus est esse „un dialogue de Phoenix et d'Ampélion.“ Cobet de Philostr libello περὶ γυμν. p. 2.

Ubinam codicem investigasset, non indicavit M. Mynas. Erant qui dicerent, in monte Atho inventum esse librum (cf. Pauly, Realencycl. 5, 1533.) idque confirmari videtur epistola quadam publice data, quam infra afferemus. Mynas ipse modo in Atho monte modo alio loco in lucem prolatum esse dixit (cf. Daremb. p. XII.).

Postea Darembergius, medicus Parisiensis, de literis graecis bene meritus, Philostrati librum de gymnastica neque in bibliotheca Caesarea neque apud summum senatum res sacras et scholasticas administrantem depositum esse certior factus, ipsum Minoidem Mynam adit de codice, sed frustra. Tandem impigre instans a. 1850 a Myna obtinet, ut apographum saltem codicis manu ipsius exaratum secum communicet; sed proh dolor! notulis cumulatum videt nigro rubrove liquore a Myna scriptis. Attamen quum apographo probe excusso minime dubitaret, quin liber esset vere Philostrateus, a. 1851 a summo magistratu res scholasticas illo tempore curante (M. de Crouseilhes) petiit, ut sibi libelli de gymnastica edendi potestas concederetur. Qua venia impetrata*) opus extemplo aggressus majores in dies difficultates oboriri videbat tum ipsa orationis obscuritate tum vitiosa apographi conditione. Quamobrem Mynam rogavit, ut sibi codicem ipsum inspicere permitteret; is autem librum manuscriptum in pulverem dixit redactum et situ corruptum esse, ut paucae tantum superarent reliquiae, quae nesciret ubi essent. Deinde a Myna sciscitabatur de scholiis rubris in apographo margini appositis et de verbis in ipsa orationis perpetuitate superscriptis. Mynas nihil respondit, nisi haec verba superscripta ex secunda accuratiore codicis lectione subnata esse.

Jam quum Darembergius ipsum Mynam editionem parare audiret, nihil ei reliquum fuit, quam ut librum, qualiscunque esset, sine praefatione et notis, quas adjicere cogitaverat, protinus ederet. Factum id est exeunte anno 1858,**) quum paulo ante jam in lucem prodiisset

---

*) Daremb. p. IX. dicit: M. de Cr. me chargea de publier ce Traité „d'après le manuscrit inédit, découvert au mont Athos par M. Minoïde Mynas, manuscrit qui appartient au ministère de l'Instruction publique, où il est resté déposé.“

**) Philostrate traité sur la gymnastique. Texte grec accom-

Mynae editio sic inscripta: Philostrate. Sur la gymnastique. Ouvrage découvert, corrigé, traduit en français et publié pour la première fois par Minoïde Mynas, auteur de plusieurs ouvrages, chevalier de l'ordre impérial de la légion d'honneur etc. Paris 1858. Mynas in epistola dedicatoria ad Baronem Sinam scripta nihil dicit, utrum in editione adornanda codice ipso an apographo altero quodam usus sit; indicat tantum p. XXVII. sibi librum edendum fuisse, ut fallaciis eximeretur.*) Mihi apparere videtur ex conditione immunda apographi a Darembergio usurpati, hoc a Myna esse primum descriptum. Atqui quum in ejus editione inveniantur nonnulla, quae Darembergii aprographum non contineat (cf. XXVIII, 9 sqq. XXXV, 20 sqq.), liquet Mynae editionem factam esse de altero apographo ex ipso codice exscripto, fortasse collato Darembergii apographo. Codex igitur sub finem anni 1850, quo Mynas denuo in orientem profecturus apographum tradidit, etiam exstitisse videtur. Si itaque verum est, quod Mynas a. 1857 contendebat, codicem paene totum deletum esse, id factum sit necesse est hoc sex septemve annorum intervallo.

Dolendum est, quod hi gymnastices Philostrateae editores Parisini non ea, qua par est, linguae graecae cognitione instructi ad opus haud sane facile accesserunt. Maxime Mynas leges grammaticas vel tritas et pervulgatas plus semel ita migravit, ut obstupescat quilibet mediocriter saltem graece doctus. Itaque quanquam Darembergio multa debentur bene et sollerter emendata, tamen utraque editio Parisina maxime Minoidea mirum quantum vitiis scatet, id quod C. G. Cobet satis superque evicit.

Is enim scripsit de Philostrati libello *περὶ γυμναστικῆς* recens reperto (Lugd. Bat. 1859.). Cobet haud pauca quidem bona et utilia attulit, sed nimis festinanter re sua defunctus est ac ne ipsam quidem Mynae editionem inspexit, in ea scripturae discrepantia, quam Daremberg. p. XII sqq. enotavit, acquiescens male cre-

---

pagné d'une traduction en regard et notes. Par Ch. Daremberg, bibliothécaire de la bibliothèque Mazarine. Paris, Novembre 1858.

*) „pour me délivrer d'une pure chicane. L'histoire de cet unique manuscrit est longue et pleine de souvenirs amers."

dulus. Nonnunquam enim propter lectiones, quae exstant quidem in Darembergii apographo, at non item in Mynae editione, si forte Darembergius ea de re monere neglexit, invehitur in Mynam. Sic p. 25. cavillatur eum propter lectionem *ἀκούσεαι*, quum in ipsa editione bene legatur *ἀκούσειας* (XXIII, 7.), p. 57. reprehendit Mynam, quod pervulgato errore scribat *ὀρθῶς ὁ μηρὸς ἐποχῆται* pro *ὀρθός*, quod in editione ipsa legitur, p. 55. vituperat lectionem *εὐφοροῖτο* atque *εὖ φοροῖτο*, quod jam exstat in ed. Mynae (XXXIII, 8.), emendat dicens: „mirarer ni in codice emendata lectio exstaret"; p. 6. objurgat Mynam de lectione *ἔχθεσθαι* (I, 28.) eamque mutandam esse dicit in *ἄχθεσθαι*, quod invenitur in editione Mynae. Deinde emendat verba, quae jam emendata leguntur in ed. Mynae; sic p. 30. *ἕτοιμον* pro *ἑτοίμων* (LIV, 30.), p. 78. *ὁπλίτου* pro *ὁπλίτην* (XXXIII, 1.), p. 35. *στρατιὰν* pro *στρατείαν* (I, 5.). Alio loco (p. 12.) acerbe exagitat lectionem *ἐπ' αἰσχύνῃ τοῦ αἰῶνος* (XLV, 28.), quam Mynas de suo dederit; atqui si una literula mutata corrigis *ἀγῶνος*, res optime se habet. Itaque Mynas codicem legit quidem perperam, sed non fucum fecit.

Et omnino justo proclivior est Cobet ad calumniandam Simonideam Graeculi fidem, quem impostorem ac falsarium manifestum appellare non dubitat. Saepius emunctae naris homo temeraria Mynae supplementa odoratur, ubi non facile quisquam alius deprehendat. Sic p. 25. Mynam supplementum hoc de suo commentum esse dicit: *ἄρχουσαι — φλέβες* (XXXV, 20 sqq.). Mirari subit, quomodo haec verba bene graeca scribere is potuerit, de quo p. 10. Cobet dicit: „in antiquae Graecitatis ratione et usu tam plumbeus est, ut nequeat *τρί' εἰπεῖν ῥήματα πρὶν ἐξαμαρτεῖν*" (cf. etiam p. 4.). Equidem textu, quem dicunt, diligentissime excusso sic statuo, Mynam quidem parum graece scire, in arte palaeographica tironem et rudem esse, hominem levem et temerarium se praebere, at non fraudem meditari atque interpolationem. Rarissime sua figmenta mihi videtur subdidisse (XXIV, 10. XIII, 13.). Non desunt quidem additamenta spuria, sed nata ea sunt ex glossis adscriptis (XI, 5. 18. 27. 28 sq. XIV, 20. XV, 7 sqq. XVI, 15 sq. XXVII, 9. XXIX, 14. XXXI, 1. XXXV, 50. XLIII, 3. XLVI, 8 sqq. LIV, 16 sq.).

Ceterum Cobetus vellem meliore ordine ac minus prolixe fuseque scripsisset. Effundit bona malis mixta, farraginem quasi incompositam, ut nauseam saepe creet lectori. Displicet etiam jactantia et confidentia, qua conjecturas suas venditare solet saepe minime probabiles illas, nedum palmarias; vide modo p. 41, ubi *Ἄλτει* (XI, 34.) emendationem commendat, Philostratum etiam alibi Arcadiam pro Elide dicere ignorans.

Bene meruit de hoc quoque Philostrati opusculo C. L. Kayser, qui magnam editionem suam parans in codice Florentino et Monacensi libelli nostri fragmenta quaedam invenit, quae accurate descripta et illustrata Heidelbergae a. 1840. vulgavit. Monacensis codicis fragmentum a verbis *ἦν οὐ μέγα* (XLI, 6.) omissis nonnullis, quae suo quaeque loco indicavi, usque ad finem pertinet; codicis Florentini fragmentum incipit a verbis *στιλβοὺς ἐργάζεται* (LVI, 6.) et omnia habet usque ad verbum *ξαίνεσθαι* (LVIII, 26.).

Praeterea fragmenta duo (*ὥπλιστο δὲ ἡ ἀρχαία — χεὶρ μάχοιτο* X, 1 sqq. et pauca e capitis XI verbis *παγκράτιον — πυγμῆς* excerpta) exstant in Olympiodori commentario ad Gorgiam ab A. Jahn ex codice Bernensi in Neue Jahrbb. f. Philol. XIV, 1, 141. vulgato. Eadem fragmenta servata sunt a Schol. Plat. Rep. 1, 338. (cf. Kayser in ed. gymnast. p. 22.) Deinde Schol. Plat. Protag. (ed. Baiter et Orelli p. 903, 23.) habet ea, quae in capite IV. leguntur.

Quod auctorem tractatus de gymnastica attinet, Suidas eum tribuit trium Philostratorum maximo (*ἔγραψε — γυμναστικὸν* [sc. *λόγον*]· *ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπιτελουμένων*), qui secundo p. Ch. seculo in Lemno insula natus erat. Sed Kayser (praef. ad gymn. p. X sq.) recte illum vindicat secundo Philostrato, qui se ipse cognominat Flavium quique ad annum fere 250 p. Ch. Athenis et deinde Romae vixit (vide Westermann. in Pauly, Realencycl. s. v. Philostratus).

De mea editione haud multa sunt, quae praemonenda esse videantur. In adornando libro non mediocri versatus sum diligentia et accuratione omnesque, quae praesto erant, inprimis Kayseri et Krausii copias in usum meum converti. Capita, in quae Darembergius libellum dispertivit, retinenda esse existimavi, vocales, ubi fieri

oportebat, elisi, literam σ in verbo σύν mutavi in ξ. Si nihil aliud, id saltem mihi contigisse crediderim, ut Philostrati libellus multo, quam ante, purgatior lectuque jucundior redditus sit opera mea.

Auricae Oct. m. 1861.

C. Volckmar.

SIGLA.

A = apographum Mynae secundum editionem Darembergii.
E = editio Mynae.
M = fragmentum codicis Monacensis secundum editionem Kayseri.
O = fragmenta, quae habet Olympiodorus in commentario ad Plat. Gorg.
S = scholiasta anonymus ad Plat. Remp.
P = schol. anon. ad Plat. Protag.
Libri = consensus apographi et editionis Mynae ac si qui alii in censum venerunt libri.
em. alia voce non addita significat emendationem a me factam.
conj. significat conjecturam alicujus.
Dar. = Daremberg.
Kays. = Kayser.
Myn. = Mynas.
Cob. = Cobet.
[ ] = ejusmodi uncinis inclusa verba spuria esse judicavi.

Φιλοστράτου περὶ γυμναστικῆς.

I. Σοφίαν ἡγώμεθα καὶ τὰ τοιαῦτα μέν, οἷον φιλοσοφῆσαι καὶ εἰπεῖν ξὺν τέχνῃ ποιητικῆς θ' ἅψασθαι καὶ μουσικῆς καὶ γεωμετρίας καὶ νὴ Δία γ' ἀστρονομίας, ὅση μὴ περιττή· σοφία δὲ καὶ τὸ κοσμῆσαι στρατιὰν καὶ ἔτι τὰ τοιαῦτα, ἰατρικὴ πᾶσα καὶ ζωγραφία καὶ πλάσται καὶ ἀγαλμάτων εἴδη καὶ κοῖλοι λίθοι καὶ κοῖλος σίδηρος. βάναυσοι δ' ὁπόσαι, δεδόσθω μὲν αὐταῖς τέχνη, καθ' ἣν ὄργανόν τι καὶ σκεῦος ἀποτελεσθήσεται, σοφία δ' ἐκείναις ἀποκείσθω μόναις, ἃς εἶπον· ἐξαιρῶ κυβερνήτην τῶν βαναύσων, ἐπειδὴ ἄστρων τε ξυνέσεως καὶ ἀνέμων καὶ τῶν ἀδήλων ἅπτεται. ταῦτα μὲν ὧν ἕνεκά μοι εἴρηται, δειχθήσεται. περὶ δὲ γυμναστικῆς, σοφίαν λέγομεν οὐδεμιᾶς ἐλάττω τέχνης, ὥστ' εἰς ὑπομνήματα ξυντεθῆναι τοῖς βουλομένοις γυμνάζειν· ἡ μὲν γὰρ πάλαι γυμναστικὴ Μίλωνας ἐποίει καὶ Ἱπποσθένεις Πολυδάμαντάς τε καὶ Προμάχους καὶ Γλαῦκον τὸν Δημύλου καὶ τοὺς πρὸ τούτων ἔτι ἀθλητάς, τὸν Πηλέα δήπου καὶ τὸν Θησέα καὶ τὸν Ἡρακλέα αὐτόν· ἡ δ' ἐπὶ τῶν πατέρων ἥττους μὲν εἶδε, θαυμασίους δὲ καὶ μεμνῆσθαι ἀξίους· ἡ δὲ νῦν καθεστηκυῖα μεταβέβληκεν οὕτω τὰ τῶν ἀθλητῶν, ὡς καὶ τοῖς φιλογυμναστοῦσι τοὺς πολλοὺς ἄχθεσθαι.

II. Δοκεῖ δέ μοι διδάξαι μὲν τὰς αἰτίας δι' ἃς ὑποδέδωκε ταῦτα, ξυμβαλέσθαι δὲ γυμνάζουσί τε καὶ γυμνα-

Adnotatio critica. I. 3. γ' ἀστρονομίας E. ἀστρονομίας A. — ὅση E. ὁπόση A.

4. στρατιάν em. Myn. στρατείαν A.

5. πλάσται AE. πλαστική conj. Dar.

8. ἐκείναις - μόναις em. Myn. In A., ut Myn. in editione notat, legitur ἐς ἐκείνας - μόνας, ut Dar. scribit, ἐκείνας - μόνας.

9. ἐξαιρῶ A. teste Dar. ἐξαίρω teste Myna, quod correxit in ἐξαιρῶ. Cf. Boisson. ad Phil. epist. p. 55.

10. συνέσεως em. Dar. σύνεσιν AE.

PHILOSTRATUS DE GYMNASTICA.

I. Scientiam esse putemus tum talia, quemadmodum philosophari, dicere cum arte, poëticam tractare, musicam, geometriam, denique astronomiam, quatenus non est futilis; tum vero etiam scientia est instruere exercitum et alia ejusmodi, medicina omnis, pictura, statuaria, ornamentorum species, exsculpti lapides et exsculptum ferrum. Quod ad opifices attinet, tribuatur iis ars, qua instrumentum aliquod et vasa conficiantur, scientia autem illis tantum, quas dixi, reservetur artibus. Eximo gubernatorem de numero opificum, quoniam astrorum, ventorum et rerum occultarum cognitionis particeps est. Haec quare a me dicta sint, indicabitur. Quod autem gymnasticam attinet, scientiam eam dicimus nulla arte inferiorem, ita ut in commentationum formam redacta sit iis, qui eam profiteri volunt; vetus enim gymnastica Milones efficiebat, Hipposthenes, Polydamantes, Promachos, Glaucum Demyli filium et athletas, qui his etiam superiores erant, Peleum dico, Theseum et Herculem ipsum, gymnastica vero, quae patrum nostrorum memoria exercebatur, inferiores quidem vidit, mirabiles autem et hos ac qui memorentur dignos; quae nunc autem exstat, ita commutavit conditionem athletarum, ut vel rei gymnasticae studiosi plerisque sint offensioni.

II. Libet mihi exponere causas, propter quas illa dilapsa sint, iis autem, qui alios exercent et qui ipsi

12. *σοφίαν* em. Dar. *σοφίας* AE. — *λέγομεν* E. *λέγωμεν* A. — *οὐδεμιᾶς* A. *οὐδὲ μιᾶς* E.
13. *ξυντεθῆναι* em. Dar. *ξυνθῆναι* A. *ξυνθεῖναι* E.
15. *Ἱπποσθένεις* em. Dar. *Ἱπποσθένας* AE. — *Πολυδάμαντας* em. *Πουλυδάμαντας* AE. — *Προμάχους* em. Dar. *Πρωτομάχους* AE.
18. *εἶδε* em. *οἶδε* AE. Saepe confunduntur haec verba; cf. Boisson. ad Phil. epist. p. 104. 111.
21. *ἄχθεσθαι* E. *ἔχθεσθαι* A.

ζομένοις ὁπόσα οἶδα, ἀπολογήσασθαί θ' ὑπὲρ τῆς φύσεως ἀκουούσης κακῶς, ἐπειδὴ παρὰ πολὺ τῶν πάλαι οἱ νῦν ἀθληταὶ λείπονται· λέοντάς τε γὰρ βόσκει καὶ νῦν φαυλοτέρους οὐδέν, τῶν τε κυνῶν καὶ ἵππων καὶ ταύρων ταὐτὸν σχῆμα, καὶ τοῖς δένδρεσι ταὐτὸν μῆκος, ἄμπελοί θ' ὅμοιαι ἔτι καὶ συκῆς δῶρα, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ λίθων οὐδὲν παρήλλαξεν, ἀλλ' ὡς αὐτὴ ἐνόμισε, τοῖς προτέροις ὅμοια φύει πάντα. ἀθλητῶν δ', ὁπόσαι περὶ αὐτοῖς ἦσάν ποτ' ἀρεταί, οὐχ ἡ φύσις ὑπηνέχθη· φέρει γὰρ δὴ ἔτι θυμοειδεῖς, εὐειδεῖς, ἀγχίνους· φύσεως γὰρ ταῦτα· τὸ δὲ μὴ ὑγιῶς γυμνάζεσθαι μηδ' ἐῤῥωμένως ἐπιτηδεύειν ἀφείλετο τὴν φύσιν τὸ ἑαυτῆς κράτος. καὶ ὅπως μὲν ξυνέβη ταῦτα, δηλώσω ὕστερον. Πρῶτον δ' ἐπισκεψώμεθα δρόμου αἰτίας καὶ πυγμῆς καὶ πάλης καὶ τῶν τοιούτων, καὶ ἐξ ὅτου ἤρξατο ἕκαστα, καὶ ἀφ' ὅτου. παρακείσεται δ' ἁπανταχοῦ τὰ τῶν Ἠλείων· δεῖ γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐκ τῶν ἀκριβεστάτων φράζειν.

III. Ἔστι τοίνυν ἀγωνίας ξυμπάσης τὰ μὲν κοῦφα ταῦτα· στάδιον, δόλιχος, ὁπλίτης, ἅλμα· τὰ βαρύτερα δὲ παγκράτιον, πάλη, πύκται. πένταθλος δ' ἀμφοῖν ξυνηρμόσθη· παλαῖσαι μὲν γὰρ καὶ δισκεῦσαι βαρεῖς, τὸ δ' ἀκοντίσαι καὶ πηδῆσαι καὶ δραμεῖν κοῦφοί εἰσιν. Πρὸ μὲν δὴ Ἰάσονος καὶ Πηλέως ἅλμα ἐστεφανοῦτο ἰδίᾳ καὶ δίσκος ἰδίᾳ καὶ τὸ ἀκόντιον ἤρκει τῇ νίκῃ κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς ἡ Ἀργὼ ἔπλει. Τελαμὼν μὲν κράτιστα ἐδίσκευε, Λυγκεὺς δ' ἠκόντιζε, ἔτρεχον δὲ καὶ ἐπήδων οἱ ἐκ Βορέου· Πηλεὺς δὲ ταῦτα μὲν ἦν δεύτερος, ἐκράτει δ' ἁπάντων πάλῃ. ὁπότ' οὖν ἠγωνίζοντο ἐν Λήμνῳ, φασὶν Ἰάσονα Πηλεῖ χαριζόμενον ξυνάψαι τὰ πέντε καὶ Πηλέα τὴν νίκην οὕτω ξυλλέξασθαι πολεμικώτατόν τε νομισθῆναι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ διά τε τὴν ἀρετήν, ᾗ ἐχρῆτο εἰς τὰς μάχας, διά τε τὴν εἰς τὰ πέντε ἐπιτήδευσιν οὕτω πολεμικὴν οὖσαν, ὡς καὶ ἀκοντίζειν ἐν τοῖς ἄθλοις.

IV. Δολίχου δ' αἰτία ἦν ἥδε· δρομοκήρυκες ἐξ Ἀρ-

II. 5. *λείπονται* supplet Mähly in Jahrbb. für class. Philol. 1861. Hft. 3. p. 202. *ἡττῶνται* conj. Cob., sed *λείπονται* facilius sequente vocabulo *λέοντας* absorberi potuit.

7. *σχῆμα* em. Cob. *χρῆμα* AE. — *καὶ τοῖς – μῆκος* em. *καὶ τὸ εἰς δένδρα δὲ αὐτοῖς ἦκον* AE.

10. *πάντα* E. *τὰ πάντα* A.

11. *αὐτοῖς* em. *αὐτούς* AE.

exercentur, conferre quicquid scio, et defendere naturam, quae male audit, quoniam qui nunc sunt athletae iis, qui antiquitus fuerunt, multum cedunt; leones enim alit etiamnunc nihil deteriores, canum, equorum, taurorum eadem est species, arboribus eadem proceritas, vites sunt pares etiam et fici dona, in auro, argento, lapidibus nihil variavit, sed quemadmodum illa consuevit, omnia gignit prioribus similia. Athletarum vero, quotquot iis erant unquam virtutes, natura non consenuit; fert enim etiamnunc animosos, formosos, ingeniosos; naturae enim id est; sed quod non sana ratione exercitia tractantur neque strenue adhibentur, natura suis ipsius viribus privata est. Ac quomodo hoc evenerit, posthac significabo. Primum autem examinemus originem cursus, pugilatus, luctae et quae sunt generis ejusdem, et ex quo quaeque orta sint et a quo. Praesto erunt ubique ea, quae suppeditant Elei; nam opus est de talibus quam fieri potest accuratissime disserere.

III. Sunt igitur universae certationis levia genera haec: cursus in stadio atque in dolicho, exercitia gravis armaturae, saltus; graviora autem pancratium, lucta, pugilatus. Quinquertium ambobus est compositum; luctari enim et discum jacere graves, jaculari autem, salire, currere leves sunt certationes. Ante Jasonem et Peleum saltus coronabatur separatim et discus separatim et jaculum satis erat ad victoriam iis temporibus, quibus Argo navigabat. Telamon fortissime discum jaciebat, Lynceus jaculabatur, currebant et saliebant Boreae filii; Peleus in his quidem rebus erat secundus, superabat autem omnes lucta. Quum igitur certarent in Lemno, dicunt Jasonem Peleo gratificantem copulasse quinque certamina atque Peleum sic victoriam sibi comparasse et bellicosissimum aequalium judicatum esse tum propter virtutem, qua uteretur in pugnis, tum propter quinque certaminum tractationem, tam bellicam illam, ut etiam jacularentur in certationibus.

IV. Origo cursus, qui est in dolicho, haec erat: cursores ex Arcadia contendebant in Helladem rerum

11. ὑπηνέχθη em. Cob. ἀπηνέχθη AE. ἀπηλέγχθη em. Dar.
18. τὰ τῶν Ἠλείων E. τὰ Ἠλ. A.
III. 2. ὁπλίτης AE. ὁπλῖται conj. Dar.
3. πύκται A. πυγμή E.
7. τῇ νίκῃ em. Myn. ἡ νίκη A. εἰς νίκην conj. Mähly.

καδίας ἐφοίτων εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν πολεμικῶν ἄγγελοι· καὶ ἀπείρητο αὐτοῖς μὴ ἱππεύειν, ἀλλ᾽ αὐτουργοῖς εἶναι τοῦ δρόμου. τὸ ἀεὶ οὖν ἐν βραχεῖ τῆς ἡμέρας διαδραμεῖν στάδια, ὁπόσα ὁ δόλιχος, δολιχοδρόμους τοὺς δρομοκήρυκας εἰργάζετο καὶ ἐγύμναζε τῷ πολέμῳ.

V. Στάδιον δ᾽ ὧδε εὕρηται· θυσάντων Ἠλείων, ὁπόσα νομίζουσι, διέκειτο μὲν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὰ ἱερὰ, πῦρ δ᾽ αὐτῷ οὔπω ἐνέκειτο. στάδιον δ᾽ οἱ δρομεῖς ἀπεῖχον τοῦ βωμοῦ, καὶ εἱστήκει πρὸ αὐτοῦ ἱερεὺς λαμπαδίῳ βραβεύων· καὶ ὁ νικῶν ἐμπυρίσας τὰ ἱερὰ ὀλυμπιονίκης ἀπῄει.

VI. Ἐπεὶ δ᾽ Ἠλεῖοι θύσειαν, ἔδει μὲν καὶ τοὺς ἀπαντῶντας Ἑλλήνων θύειν θεωρούς. ὡς δὲ μὴ ἀργῶς ἡ πρόςοδος αὐτῶν γίγνοιτο, ἔτρεχον οἱ δρομεῖς ἀπὸ τοῦ βωμοῦ στάδιον, οἷον καλοῦντες τὸ ἑλληνικὸν, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸν ὑπέστρεφον ἀγγέλλοντες ὅτι δὴ ἀφίξοιτο ἡ Ἑλλὰς χαίρουσα. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ διαύλου.

VII. Δρόμοι δ᾽ ὁπλῖται πολλοὶ μὲν καὶ μάλιστα κατὰ Νεμέαν, οὓς ἐνόπλους τε καὶ ἱππίους ὀνομάζουσιν· ἀνάκεινται δὲ τοῖς ἀμφὶ Τυδέα τοῖς ἑπτὰ. Ὁ δέ γ᾽ ὀλυμπιακὸς ὁπλίτης, ὡς μὲν Ἠλεῖοί φασιν, ἐτέθη διὰ ταῦτα· πόλεμον Ἠλεῖοι Δυμαίοις ξυνῆψαν οὕτως ἀκήρυκτον, ὡς μηδὲ τὰ Ὀλύμπια ἀνοχὰς εἶναι. νικώντων δ᾽ αὐτῶν Ἠλείων κατὰ τὴν τῶν ἄθλων ἡμέραν, ὁπλίτης λέγεται τῶν ἀπὸ τῆς μάχης ἐςδραμεῖν εἰς τὸ στάδιον, εὐαγγέλια ἀπαγγέλλων τῆς νίκης. ταυτὶ δὲ πιθανὰ μὲν, ἀκούω δ᾽ αὐτὰ καὶ Δελφῶν, ἐπειδὴ πρὸς ἐνίας τῶν Φωκίδων ἐπολέμησαν, καὶ Ἀργείων, ἐπειδὴ πολέμῳ ξυνεχεῖ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐτρίβοντο, καὶ Κορινθίων, ἐπειδὴ καὶ ἐν αὐτῇ Πελοποννήσῳ καὶ ὑπὲρ τὰ ὅρια τοῦ ἰσθμοῦ ἐπολέμουν. ἐμοὶ δ᾽ ἕτερα περὶ ὁπλίτου δοκεῖ· φημὶ γὰρ, νενομίσθαι μὲν αὐτὸν ἐκ πολεμικῆς αἰτίας, παριέναι δ᾽ ἐς τοὺς ἀγῶνας πολέμου ἀρχῆς ἕνεκα, δηλούσης τῆς ἀσπίδος ὅτι πέπαυται ἐκεχειρία, δεῖ δ᾽ ὅπλων. εἰ δὲ μὴ ῥαθύμως ἀκούεις τοῦ κήρυκος, ὁρᾷς ὡς ἐπὶ πάντων κηρύττει λήγειν μὲν τὸν

IV. 3. αὐτουργοῖς P. αὐτουργούς AE.
5. δολιχοδρόμους τούς adjeci de conjectura (cf. Jac. ad Phil. Imagg. 117, 3.).
6. τῷ AE. ἐν τῷ P.

V. 2. διέκειτο em. διέκειντο AE. 2 sq. μὲν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ omissum in E.
3. αὐτῷ em. αὐτοῖς AE. — ἀπεῖχον em. Cob. ἀπείχοντο AE.
VI. 1. ἐπεὶ δέ A. ἐπειδή E.

bellicarum nuntii, et interdictum iis erat, ne equitarent, verum ipsi cursum peragere jussi erant. Jam quod intra breve diei spatium nunquam non tot percurrebant stadia, quot dolichus continet, cursores efficiebat dolichodromos et exercebat ad bellum.

V. Cursus in stadio sic inventus est: sacrificantibus Eleis ea omnia, quae assolent, in ara jacebant quidem sacra, ignis autem in ea nondum erat. Stadium cursores aberant ab ara et adstabat ante eam pontifex, eorum brabeuta, qui cum faculis currebant; atque victor sacris incensis Olympionices discessit.

VI. Cum Elei sacrificaverant, etiam legatos Graecorum ad sollemnia celebranda venientes sacra facere oportebat. Sed ne nihil agentes eorum accessum praestolarentur, cursores stadium ab ara currebant, quippe vocaturi populum graecum, et rursus eodem reverterunt nuntiantes, Graeciam venturam esse laetabundam. Haec quidem de diaulo.

VII. Multi sunt cursus gravis armaturae et maxime ad Nemeam, quos armatos atque equestres nominant; consecrati autem sunt septem cum Tydeo ducibus. Olympiacus cursus armatus, ut Elei perhibent, institutus est hac de causa: Elei Dymaeis bellum intulerunt adeo implacabile, ut ne Olympia quidem indutias efficerent. Ipsi Elei quum vincerent certaminum die, miles gravis armaturae ex iis, qui proelio decertaverant, incurrisse dicitur in circum, laetum victoriae nuntium afferens. Haec probabilia quidem sunt, audio tamen ea etiam a Delphis, quum adversus nonnullas urbium Phocearum bellarent, et ab Argivis, quum continuo adversus Lacedaemonios bello attererentur, et a Corinthiis, quum et in ipsa Peloponneso et extra fines Isthmi bellum gererent. Mihi vero alia de cursu armato videntur; dico enim, eum ortum quidem esse ex bellica quadam causa, intrasse autem in ludos ad belli initium significandum, clipeo indicante, finitas esse indutias publicas et armis

5. *ἀγγέλλοντες* em. Myn. *οἱ ἀγγέλλοντες* A.

VII. 1. *δρόμοι* em. Cob. *οἱ ἄδρομοι* AE. — *κατά* em. Cob. *οἱ κατά* AE.

5. *οὕτως ἀκήρυκτον* em. *οὕτω τοι ἀκ.* AE.

6. *δ' αὐτῶν* E. *δὲ αὖ τῶν* A.

8. *ἀπαγγέλλων* em. *ἀπάγων* AE.

16. *ἀσπίδος* libri. *σάλπιγγος* conj. Mähly, sed cf. Kraus. Gymn. p. 365. not. 9.

FLAVII PHILOSTRATI

DE ARTE GYMNASTICA LIBELLUS.

RECOGNOVIT, LATINE REDDIDIT, ILLUSTRAVIT

C. H. VOLCKMAR,

DR. PHIL.

AURICAE

APUD L. SPIELMEYER.

1862.

τῷ παγκρατίῳ εἰσίν· γυμνάσεται δ' ἄλλοτ' ἄλλον· πάλη δὲ ταὐτὸν μὲν ἐν προαγῶνι, ταὐτὸν δὲ καὶ ἐν ἀγῶνι· παρέχεται γὰρ ἑκάτερον πεῖραν, ὁπόσα οἶδε καὶ ὁπόσα δύναται· γυρά τ' εἰκότως εἴρηται· γυρὸν γὰρ πάλης καὶ τὸ ὀρθὸν· ὅθεν Ἠλεῖοι στεφανοῦσι τὸ γυμναστικώτατον καὶ μονονοὺ τὸ γεγυμνάσθαι.

XII. Παρῆλθε δὲ ταῦτα οὐχ ὁμοῦ πάντα εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλο εὑρισκόμενόν θ' ὑπὸ τῆς γυμναστικῆς καὶ ἀποτελούμενον· ἦν μὲν γὰρ πάλαι Ὀλύμπια εἰς τὴν τρίτην ἐπὶ δέκα ὀλυμπιάδα στάδιον μόνον, καὶ ἐνίκων ἐν αὐτοῖς Ἠλεῖοι τρεῖς, ἑπτὰ Μεσσήνιοι, Κορίνθιος, Δυμαῖος, Κλεωναῖος, ἄλλος ἄλλην ὀλυμπιάδα, δύο δ' οὐδεὶς ὁ αὐτός. ἐπὶ δὲ τῆς τετάρτης ἐπὶ δέκα δίαυλος μὲν ἤρξατο· Ὑπήνου δ' ἐγένετο Ἠλείου ἡ ἐπ' αὐτῷ νίκη. μετ' ἐκείνην δολίχου ἀγὼν, καὶ ἐνίκα Σπαρτιάτης Ἄκανθος· ἀνδρῶν δὲ πένταθλον καὶ ἀνδρῶν πάλην ἤσκησεν ἡ ὀγδόη ἐπὶ δέκα ὀλυμπιάσιν· ἐνίκα δὲ πάλην μὲν Εὐρύβατος Λουσιεὺς, τὰ δὲ πέντε Λάμπις Λάκων. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὸν Εὐρύβατον Σπαρτιάτην γράφουσιν. ἡ δὲ τρίτη καὶ εἰκοστὴ ὀλυμπιὰς ἄνδρα ἤδη ἐκάλει πύκτην, καὶ κράτιστα ὁ Σμυρναῖος Ὀνόμαστος πυκτεύσας ἐνίκησεν, ἐπιγράψας τὴν Σμύρναν ἔργῳ καλῷ· ὁπόσαι γὰρ πόλεις ἰωνικαί τε καὶ λύδιοι, καὶ ὅσαι καθ' Ἑλλήσποντόν τε καὶ Φρυγίαν, καὶ ὁπόσα ἔθνη ἀνθρώπων ἐν Ἀσίᾳ εἰσὶ, ταῦτα ὁμοῦ ξύμπαντα ἡ Σμύρνα ὑπερεβάλετο καὶ στεφάνου ὀλυμπικοῦ πρώτη ἔτυχεν. καὶ νόμους ἔγραψεν ὁ ἀθλητὴς οὗτος πυκτικοὺς, οἷς ἐχρῶντο οἱ Ἠλεῖοι διὰ σοφίαν τοῦ πύκτου· καὶ οὐκ ἤχθοντο οἱ Ἀρκάδες, εἰ νόμους ἔγραψέ τις αὐτοῖς ἐναγωνίους ἐξ Ἰωνίας ἥκων τῆς ἁβρᾶς. κατὰ δὲ τὴν τρίτην καὶ τριακοστὴν ὀλυμπιάδα παγκράτιον μὲν ἐτέθη, μήπω τεθὲν, Λύγδαμις δ' ἐνίκα Συρακούσιος. μέγας δ' οὕτω τις ὁ Σικελιώτης ἦν, ὡς τὸν πόδα ἰσόπηχυν εἶναι· τὸ γοῦν στάδιον ἀναμετρῆσαι λέγεται τοσούτοις ἑαυτοῦ ποσὶν, ὅσοι τοῦ σταδίου πήχεις νομίζονται.

35. τῷ παγκρ. A. παγκρατίῳ E. — γυμνάσεται E. γυμνάζεται A. — ἄλλον em. καὶ ἄλλῳ AE.

37. ἑκάτερον em. Dar. ἑκατέραν libri.

40. μονονοὺ τό em. Dar. μόνου τοῦ libri.

XII. 1. παρῆλθε em. Dar. παρελθεῖν libri. παρελθεῖν δέ φασι conj. Cob.

2. ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλο em. ἐπ' ἄλλῳ τε ἄλλο AE.

4. ὀλυμπιάδα em. Cob. ὀλυμπιάδας libri. — στάδιον μόνον em. σταδίου μόνου AE.

5. τρεῖς — Μεσσήνιοι emend.

valeat; et flexuosa est jure appellata; flexuosum enim est etiam erectum luctae genus; quare Elei coronant id, quod summum est in re gymnastica, atque tantum non exercitationis laborem.

XII. Intraverunt haec non omnia simul in ludos, verum aliud ex alio quum et inveniretur a gymnastica et perficeretur. Erant enim antiquitus Olympia usque ad XIII Olymp. nihil nisi cursus, et vicerunt iis tres Elei, septem Messenii, Corinthius, Dymaeus, Cleonaeus, alius alia Olympiade, bis autem nemo idem. Olympiade XIV diaulos initium cepit; Hypeno Eleo obtigit victoria in eo. Post illam certamen dolichi et vicit Spartiata Acanthus. Virorum quinquertium et virorum luctam Olympias XVIII instruxit; in lucta vicit Eurybatus Lusiensis, in pentathlo Lampis Laco. Sunt etiam qui Eurybatum Spartiaten scribant. Olympias XXIII nominabat jam pugilem et Smyrnaeus Onomastus optime pugilans vicit, inscribens Smyrnam pulchro facinori; quotquot enim sunt urbes Jonicae et Lydiae, quotquot in Hellesponto et Phrygia, quotquot hominum nationes in Asia, has simul cunctas Smyrna superavit primaque coronam olympicam adepta est. Scripsit hic athleta leges pugilationis, quibus utebantur Elei propter sapientiam pugilis, nec gravabantur Arcades, si quis ludorum leges ipsis scriberet ex Jonia veniens molli. Olympiade XXXIII pancratium institutum est, quod nondum ordinatum erat; Lygdamis autem Syracusanus vicit. Tam magnus erat hic Siculus, ut pes cubitalis esset; curriculum quidem emensus esse dicitur tot pedibus suis, quot curriculi cubita esse existimantur.

Dar. — τρὶς — μεσσήνιος A. τρὶς ἑπτὰ, Μεσσήνιος E.

11. In A. legitur teste Dar. ὀλυμπιάσιν καὶ ἄνδρα ἤδη ἐκάλειν πύκτην, ubi Mynas margini adscripsit καὶ — παλαιστήν. Οὕτω γραπτέον. In edit. Mynas hoc recepit. Sed Dar. verba recte eliminavit, ex sqq. huc irrepsisse arbitratus. — ἐνίκα δέ A. ἐνίκα E. — Εὐρύβατος em. Dar. Εὐρύβοτος libri.

14. κράτιστα em. Cob. κρατίστως AE.

15. Σμύρναν em. Σμύρνην libri.

17. καὶ ὅσαι em. Cob. ὅσαι AE.

22. ἔγραψε — ἐναγωνίους em. Cob. τε ἐν τοῖς ἐναγωνίοις A. ἔγρ. τις ἐναγωνίους E.

XIII. Φασὶ καὶ παῖδα πένταθλον παρελθεῖν ἐκεῖ κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ τριακοστήν, ὅτε νικῆσαι μὲν Εὐτελίδαν Λακεδαιμόνιον, τὴν δ' ἰδέαν ταύτην μηκέτι ἀγωνίσασθαι παῖδα ἐν Ὀλυμπίᾳ. ὁ δὲ νικήσας τὸ τῶν παίδων στάδιον κατὰ τὴν ἕκτην καὶ τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα — τότε γὰρ πρῶτον ἐτέθη — παῖς ἦν καλὸς Πολυμήστωρ ὁ Μιλήσιος, ὃς τῇ ῥύμῃ τῶν ποδῶν λαγὼν ἔφθανε. πυγμὴν δὲ παίδων οἱ μέν φασιν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ τεσσαρακοστῆς ἄρξασθαι ὀλυμπιάδος καὶ Φιλήταν Συβαρίτην νενικηκέναι, οἱ δ' ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς λέγουσι καὶ ὅτι ὁ Κρέων ἐκ Κέω τῆς νήσου. Δαμάρετος δὲ κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν πέμπτην πρῶτος ὁπλίτου λέγεται τυχεῖν, Ἡραιεὺς οἶμαι ὤν. ἑκατοστῇ καὶ τεσσαρακοστῇ καὶ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι παιδὸς παγκρατιαστοῦ ἐπέγραψαν, οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου οὕτω βραδέως αὐτὸν νομίσαντες εὐδοκιμοῦντα ἤδη παρ' ἑτέροις· ὀψὲ γὰρ τῶν ὀλυμπιάδων, Αἰγύπτου ἤδη στεφανουμένης, ἤρξατο· κἀκείνη γὰρ ἡ νίκη Αἰγυπτία ἐγένετο· Ναύκρατις γοῦν ἀνεῤῥήθη, νικῶντος Αἰγυπτίου Φαιδίμου. Ταῦτ' οὐκ ἄν μοι δοκεῖ καθ' ἓν οὑτωσὶ παρελθεῖν εἰς ἀγῶνας, οὐδ' ἂν σπουδασθῆναί ποτ' Ἠλείοις τε καὶ Ἕλλησι πᾶσιν, εἰ μὴ ἡ γυμναστικὴ ἐπεδίδου καὶ ἤσκει αὐτά· καὶ γὰρ αὗται τῶν ἀθλητῶν αἱ νῖκαι τοῖς γυμνασταῖς οὐ μεῖον ἢ τοῖς ἀθληταῖς πρόκεινται.

XIV. Τί οὖν χρὴ περὶ γυμναστικῆς γινώσκειν; τί δ' ἄλλο ἢ σοφίαν αὐτὴν ἡγεῖσθαι, ξυγκειμένην μὲν ἐξ ἰατρικῆς τε καὶ παιδοτριβικῆς, οὖσαν δὲ τῆς μὲν τελεωτέραν, τῆς δὲ μόριον; ὁπόσον δ' ἀμφοῖν μετέσχηκεν, [ἐγὼ] δηλώσω. παλαισμάτων εἴδη ὁπόσα ἐστὶ, δηλώσει ὁ παιδοτρίβης, καιρούς θ' ὑποτιθέμενος καὶ ὁρμὰς καὶ μέτρα, καὶ ὅπως ἄν τις ἢ φυλάττοιτο ἢ φυλαττομένου κρατοίη· διδάξει δὲ καὶ ὁ γυμναστὴς — εἰδότα μέν που τὸν ἀθλητὴν ταῦτα, ἀλλ' ἔστιν ὅπου δεῖ — μεταχειρίσασθαι πάλην ἢ παγκράτιον ἢ καὶ πλεονέκτημα ὑπάρχον ἀντιπά-

XIII. 2. *Εὐτελίδαν* em. Dar. *Εὐτείδα* (fortasse *Εὐτεάδα*) A. *Εὐτεάδα* E.

10. *καὶ ὅτι* adjecit Dar. de conjectura. In apographo invenit: *λέγουσι· νενίκηκε καὶ* (?) *φαιὴν* (?) *πυγμήν*. Haec verba erant liquore rubro scripta et deinde obliterata. In edit. Myn. *λέγουσιν· ἐνίκησε δὲ πυγμὴν ὁ Κρέων*.

11. *Δαμάρετος* em. Cob. *Δημάρετος* A. *Δημάρητος* E.

12. *Ἡραιεύς* em. Dar. *Κραιεύς* AE.

14. *παγκρατιαστοῦ—νομίσαντες* em. *παγκρατιαστοῦ* (*ἆθλα* margini adscriptum in apographo) *ἐπεγράφησαν οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὸν νοήσαντος* AE. *παγκρ. ἆθλα ἐπεγράφη· οὐκ οἶδα δὲ ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὰ ἐννοήσαντες* conj.

XIII. Dicunt etiam pentathlum puerorum illic inductum esse Ol. XXXVIII, qua vicerit Eutelidas Lacedaemonius, hac autem ratione non amplius certasse puerum Olympiae. Qui autem in cursu puerorum Ol. XLVI vicit — tunc enim primum instituebatur —, puer formosus erat Polymestor Milesius, qui pedum pernicitate lepori antevertit. Pugilatum puerorum alii Ol. XLI initium cepisse et Philetam Sybariten vicisse dicunt, alii Ol. LX id factum esse et Creontem ex insula Cea ortum victorem fuisse perhibent. Damaretus autem Ol. LXV primus in cursu armato coronam accepisse fertur, qui puto Heraeus erat. Olymp. CXLV pueri pancratiastae nomen in album retulerunt, quod certamen nescio quare tam sero induxerint, apud alios jam celebratum; nam seris Olympiadibus Aegypto jam coronata exordium duxit; etenim illa victoria erat Aegyptia; Naucratis quidem pronuntiata est, vincente Aegyptio Phaedimo. Haec puto non ita deinceps in ludos introducta essent neque unquam adamassent ea Elei et omnes Graeci, nisi gymnastica ea addidisset et exercuisset; namque hae athletarum victoriae gymnastis non minus quam athletis debentur.

XIV. Quid jam de gymnastica judicandum est? Quid aliud quam ut scientiam eam esse censeamus, compositam ex arte medica et exercitatrice, altera perfectiorem, alterius autem partem? Quatenus utriusque particeps sit, indicabo. Quot luctaminum species sint, docebit exercitator, monstrans opportunitates, impetus, mensuras, et quomodo quis aut caveat aut cautionem adhibentis victor existat. Gymnastes docebit quoque — athleta ea quidem scit, sed nonnunquam necesse est — tractare luctam aut pancratium aut fallacias, quae sup-

Dar. παγκρ. ἀγῶνα ἔθεσαν, οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου βραδέως αὐτὸν ἐννοήσαντες conj. Cob. παγκρ. ἀγῶνα ἐπέγραψαν, οὐκ οἶδ' ἐξ ὅτου βραδέως οὕτως θήκαντες conj. Mähly.
15. παρ' ἑτέροις em. Myn. περαιτέροις A.
17. κἀκείνη γὰρ — Αἰγ. em. Cob. κἀκείνη τε ἡ νίκη καὶ Αἰγ. AE.
18. γοῦν em. οὖν AE.
19. δοκεῖ em. Dar. δοκῇ A. δοκείη E.
22. νῖκαι τοῖς em. Dar. νῖκαι καὶ τοῖς AE.
XIV. 4. ἐγώ ejiciendum videtur.
5. εἴδη E. ἤδη A.
8. εἰδότα — δεῖ parenthesin esse significavi, quum in editionibus Dar. et Mynae nulla incisio facta esset.

λων διαφυγεῖν ἢ ἐκκροῦσαι, ὧν οὐδὲν ἂν εἰς ἐπίνοιαν ἥει τῷ γυμναστῇ μὴ καὶ τὰ τῶν παιδοτριβῶν εἰδότι. κατὰ μὲν τοῦτο δὴ ἴσαι αἱ τέχναι· χυμοὺς δ' ἀποκαθᾶραι καὶ τὰ περιττὰ ἀφελεῖν καὶ λεᾶναι τὰ κατεσκληκότα καὶ πιᾶναί τι ἢ μεταβαλεῖν ἢ θάλψαι αὐτῶν γυμναστικῆς ἐν σοφίᾳ. ἐκεῖνα ἢ οὐκ ἐπιστήσεται ὁ παιδοτρίβης, ἢ εἰ γνώσοιτο, πονήρως ἐπὶ τοὺς παῖδας χρήσεται [βασανίζων ἐλευθερίαν ἀκραιφνοῦς αἵματος]. Τῆς μὲν δὴ προειρημένης ἐπιστήμης ἡ γυμναστικὴ τοσούτῳ τελεωτέρα· πρὸς δέ γ' ἰατρικὴν ὧδ' ἔχει· νοσήματα ὁπόσα κατάῤῥους καὶ ὑδέρους καὶ φθόας ὀνομάζομεν, καὶ ὁπόσαι ἱεραὶ νόσοι, ἰατροὶ μὲν παύουσιν ἐπαντλοῦντές τι ἢ ποτίζοντες ἢ ἐπιπλάττοντες, γυμναστικὴ δὲ τὰ τοιαῦτα διαίταις ἴσχει καὶ τρίψει. ῥήξαντά τι δ' ἢ τρωθέντα ἢ θολωθέντα τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς φῶς ἢ ὀλισθήσαντά τινα τῶν ἄρθρων εἰς ἰατροὺς χρὴ φέρειν, ὡς οὐδὲν ἡ γυμναστικὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα.

XV. Ἀρκούντως μὲν οἶμαι ἀποδεδεῖχθαί μοι, ὁπόση πρὸς ἑκατέραν ἐπιστήμην ἡ γυμναστική ἐστιν, δοκῶ δέ μοι κἀκεῖνο ἐν αὐτῇ ὁρᾶν· ἰατρικὴν πᾶσαν ὁ αὐτὸς οὐδεὶς ἄν, ἀλλ' ὁ μὲν ῥηγμάτων εἴποι, ὁ δὲ ξυνιέναι πυρεττόντων, ὁ δ' ὀφθαλμιώντων, ὁ δὲ φθισικῶν ὑγίανσιν ἁπάντων· οὕτω καὶ [μεγάλου ὄντος τοῦ κἂν σμικρόν τι αὐτοῖς ἐξεργάσασθαι ὀρθῶς, φασὶν οἱ ἰατρικοὶ πᾶσαν γινώσκειν] γυμναστικὴν οὐκ ἂν ἐπαγγείλαιτό τις ὁμοῦ πᾶσαν· ὁ γὰρ τὰ δρομικὰ εἰδὼς τὰ τῶν παλαιόντων καὶ τῶν παγκρατιαζόντων οὐκ ἐπιστήσεται, ἢ ὁ τὰ βαρύτερα γυμνάζων ἀμαθῶς τῆς ἄλλης ἐπιστήμης ἅψεται.

XVI. Ξυμμετοχὴ μὲν τῆς τέχνης ἥδε· γένεσις δ' αὐτῆς τὸ φῦναι τὸν ἄνθρωπον παλαῖσαί τε ἱκανὸν καὶ πυκτεῦσαι καὶ δραμεῖν ὀρθόν· καὶ γὰρ οὐδὲν ἂν γενοιτό τι τῶν τοιούτων, μὴ προϋπάρχοντος τούτου, δι' ὃ γίγνεται. καὶ ὥσπερ χαλκευτικῆς γένεσις ὁ σίδηρος καὶ ὁ χαλκὸς καὶ γεωργίας γῆ καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς καὶ ναυτιλίας τὸ εἶναι θάλατταν, οὕτως ἡγώμεθα καὶ τὴν γυμναστικὴν ξυγγενεστάτην τ' εἶναι καὶ ξυμφυᾶ τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ λόγος δ' ᾄδεταί τις, ὡς γυμναστικὴ μὲν οὔπω εἴη, Προμηθεὺς δ'

11. ἥει em. Myn. εἴη A.
13. ἀποκαθᾶραι AE. ἀποκαθῆραι em. Cob., sed vide Krügeri gr. gr. § 32, 2, 2.
16. γνώσοιτο em. γινώσκοιτο AE.
17. βασανίζων — αἵματος absurdum est blenni additamentum.
22. τι E. τε A.
XV. 1. ἀρκούντως em. Cob. ἀρκούτως, deinde ἐκ τούτων A. ἐκ τούτων E.
3. κἀκεῖνο em. κἀκεῖνα AE. —

petunt adversariis, effugere vel eludere, quorum nihil in mentem veniat gymnastae nisi exercitatricem callenti. Eatenus quidem pares sunt artes; humores autem purgare, omnia nimia tollere, aspera emollire, aliquid eorum opimare aut immutare aut fovere, in gymnasticae scientia positum est. Ista aut non sciet exercitator aut si cognita habeat, male iis in pueris utetur. Tanto quam praedicta scientia perfectior est gymnastica; ad medicam autem artem sic se habet: quoscunque morbos catarrhos, hydropem, tabem appellamus, et quicunque sunt morbi comitiales, medici depellunt infusione, potione aut inunctione, gymnastica autem talia reprimit diaeta et frictione. Eum qui aliquid fregit, aut vulneratum, aut eum, cujus lumina obscurata sunt, aut eum, qui membrum quoddam luxavit, ad medicos oportet deferri, quum talia nihil pertineant ad gymnasticam.

XV. Satis me demonstrasse puto, quanti momenti ad utramque scientiam sit gymnastica; illud vero etiam in ea invenire mihi videor: artem medicam universam haud facile quisquam unus se cognitam habere dicat, sed alius callere fracturarum, alius febricitantium, alius eorum, qui oculis aegri sunt, alius phthisicorum omnium curationem. Sic etiam gymnasticam haud facile profiteatur quispiam simul cunctam; nam qui cursum callet, non idem luctam et pancratium perspecta habebit, vel exercitia graviora tractans non sollerter ad reliquam scientiam accedet.

XVI. Haec est compositio artis gymnasticae, origo autem in eo, quod homo factus est ad luctam, pugilatum et cursum erectum; nihil enim horum facile fiat, nisi antea exstet id, propter quod oritur. Ac quemadmodum artis fabri ferrarii origo est ferrum et aes, agriculturae terra et quae ex ea gignuntur, navigationis mare, sic existimemus etiam gymnasticam proximam homini congenitamque esse. Et fabula quaedam decantatur, gymnasticam nondum fuisse, Prometheum autem fuisse,

ἰατρικὴν πᾶσαν — ἐπαγγείλαιτο em. *ἰατρικὴν πᾶσαν ὁ αὐτὸς οὐδεὶς ἄν, ἀλλ' ὁ μὲν ῥηγμάτων εἶπεν, ὁ δὲ ξυνιέναι πυρεττόντων, ὁ δὲ ὀφθαλμιώντων, ὁ δὲ φθισικῶν ὑγιῶς ἁπάντων.* (*ὑγιῶς ἅπτεται* E.) *καὶ μεγάλου ὄντος τοῦ κἂν σμικρόν τι αὐτοῖς* (*αὐτῆς* em. Dar.) *ἐξεργάσασθαι ὀρθῶς, φασὶν οἱ ἰατρικοὶ πᾶσαν γινώσκειν· γυμναστικὴν δὲ οὐκ ἂν ἐπαγγείλαιτο* AE. Haec sensu cassa sunt.

XVI. 8. *τῷ ἀνθρώπῳ* em. Cob. *τῶν ἀνθρώπων* AE.

εἴη, καὶ γυμνάσαιτο μὲν ὁ Προμηθεὺς πρῶτος, γυμνάσειε δ᾽ αὖ ἑτέρους Ἑρμῆς ἀγασθεὶς καὶ αὐτὸς τοῦ εὑρήματος, καὶ παλαίστρα γ᾽ Ἑρμοῦ πρώτη, καὶ οἱ [πλασθέντες γε ἐκ Προμηθέως ἄνθρωποι δὲ ἄρα οὗτοι εἶεν] ἐν τῷ πηλῷ γυμνασάμενοι, ἐν ᾧ ἦσαν, πλάττεσθαι ὑπὸ τοῦ Προμηθέως οἴοιντο, ἐπειδὴ τὰ σώματα αὐτοῖς ἡ γυμναστικὴ ἐπιτήδειά τε καὶ ξυγκείμενα ἐποίει.

XVII. *Πυθοῖ μὲν οὖν καὶ Ἰσθμοῖ καὶ ὅποι ποτὲ τῆς γῆς εἰσιν ἀγῶνες, τρίβωνα ὁ γυμναστὴς ἀμπεχόμενος ἀλείφει τὸν ἀθλητὴν, καὶ οὐδεὶς ἀποδύσει ἄκοντα, ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ γυμνὸς ἐφέστηκεν, ὡς μὲν δόξα ἐνίων, διελέγχοντες Ἠλεῖοι τὸν γυμναστὴν ὥρᾳ ἔτους, εἰ καρτερεῖν οἶδε καὶ θέρεσθαι, ὡς δ᾽ Ἠλεῖοί φασι, Φερενίκη ἡ Ῥοδία ἐγένετο Διαγόρου θυγάτηρ τοῦ πύκτου, καὶ τὸ εἶδος ἡ Φερενίκη οὕτω τι ἔῤῥωτο, ὡς Ἠλείοις τὰ πρῶτα ἀνὴρ δόξαι. εἶρκτο γοῦν ὑπὸ τρίβωνι ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Πεισίδωρον τὸν ἑαυτῆς υἱὸν ἐγύμνασεν. πύκτης δ᾽ ἄρα κἀκεῖνος ἦν εὔχειρ τὴν τέχνην καὶ μείων οὐδὲν τοῦ πάππου. ἐπεὶ δὲ ξυνῆκαν τῆς ἀπάτης, ἀποκτεῖναι μὲν τὴν Φερενίκην ὤκνησαν ἐνθυμηθέντες τὸν Διαγόραν καὶ τοὺς Διαγόρου παῖδας· ὁ γὰρ Φερενίκης οἶκος ὀλυμπιονῖκαι πάντες· νόμος δ᾽ ἐγράφη αὐτοῖς τὸν γυμναστὴν ἀποδύεσθαι καὶ μηδὲ τοῦτον ἀνέλεγκτον αὐτοῖς εἶναι.*

XVIII. *Φέρει δὲ καὶ στλεγγίδα ὁ γυμναστὴς ἐκεῖ διὰ τοῦτ᾽ ἴσως· κονίεσθαι ἐν παλαίστρᾳ τὸν ἀθλητὴν Ὀλυμπίασι καὶ ἡλιοῦσθαι ἀνάγκη· ἵν᾽ οὖν μὴ λυμαίνοιτο τὴν ἕξιν, ἡ στλεγγὶς ἀναμιμνήσκει τὸν ἀθλητὴν ἐλαίου καί φησι δεῖν ἐπάγειν αὐτὸ οὕτως ἀφθόνως, ὡς καὶ ἀποστλεγγίζειν ἀλείψαντα. εἰσὶ δ᾽ οἵ φασιν ὡς γυμναστὴς ἐν Ὀλυμπίᾳ τεθηγμένῃ τῇ στλεγγίδι τὸν ἀθλητὴν ἀπέκτεινε, μὴ καρτερήσαντα ὑπὲρ τῆς νίκης. καὶ ξυγχωρῶ τῷ λόγῳ· βέλτιον γὰρ πιστεύεσθαι ἢ ἀπιστεῖσθαι. ξίφος μὲν δὴ ἐπὶ τοὺς πονηροὺς τῶν ἀθλητῶν στλεγγὶς ἔστω, καὶ ἐχέτω δή τι ὑπὲρ τὸν ἑλλανοδίκην ὁ γυμναστὴς ἐν Ὀλυμπίᾳ.*

11. *αὖ* em. *ἂν* AE. — *ἀγασθεὶς καί* em. *ἀγασθείη τε* AE.
12. *πλασθέντες γε* (*δὲ* E.) — *εἶεν*, quod est in AE., ejeci.
13. *ἐν τῷ* em. Cob. *τῷ* AE.
14. *ἐν ᾧ ἦσαν* em. Dar. *εἰ ἐν τῷ ἦσαν* A. *ἢ ἐν τῷ ἦσαν* E.
14. *πλάττεσθαι* em. Dar. *ἢ πλάττεσθαι* AE.
15. *οἴοιντο* em. *ᾤοντο* AE.
XVII. 1. *ὅποι* A. *ὅπη* E.
2. *εἰσιν* em. Cob. *ἦσαν* AE.
7. *εἶδος* em. *ἦθος* libri. *σῶμα* conj. Cob. Sic *ἦθος* et *εἶδος* con-

atque primum se exercuisse Prometheum, exercitasse autem alios Mercurium et ipsum magni facientem inventum, atque palaestram primam fuisse Mercurii et eos, qui in luto, in quo erant, se exercerent, fingi se a Prometheo putasse, quum gymnastica eorum corpora apta redderet et concinna.

XVII. Delphis et in Isthmo et ubicunque terrarum ludi sunt, gymnastes lacernatus athletam ungit, et nemo illum veste exuet invitum, Olympiae autem nudus adstat, ut nonnulli putant, quod Elei gymnasten aestate tentant num perdurare sciat et sole exuri, ut Elei autem dicunt, Pherenice Rhodia erat Diagorae pugilis filia, atque tam robusto Pherenice erat corporis habitu, ut Eleis initio vir esse videretur. Delituit enim Olympiae sub lacerna et Pisidorum filium suum exercitavit. Pugil etiam ille erat manu promtus et nequaquam inferior avo. Sed quum intelligerent fraudem, necare quidem Pherenicen verebantur respicientes Diagoram et Diagorae filios; ad domum enim Pherenices qui pertinebant, omnes erant Olympionicae; sed lex scripta est, ut gymnastes veste exueretur neve inexploratus iis esset.

XVIII. Strigilem quoque illic gestat gymnastes propter hanc causam, nisi fallor: Olympiae in palaestra athletam pulvere se obducere solique se exponere oportet; jam ut ne perdat valetudinem, strigilis athletam admonet olei et dicit tam abunde id adhibendum esse, ut strigile opus sit unctione facta. Sunt qui dicant, gymnasten acuta strigile athletam Olympiae occidisse, non perdurantem victoriae gratia. Nec fidem denegaverim narrationi; satius enim est ei fidem tribui quam non tribui. Adversus pravos athletas pro ense sit strigilis et habeat gymnastes aliquid, quo Hellanodicen antecedat Olympiae.

fundantur in Phil. epist. 73. (Boiss. p. 46. 190.)
8. *οὕτω τι* em. Dar. *οὕτω τοι* A.
9. *εἷρκτο* em. *εἷρκται* AE.
15. *ἐγράφη αὐτοῖς* E. *ἐγράφη* A.
16. *τοῦτον ἀνέλεγκτον αὐτοῖς* A. *αὐτὸν ἀνέλεγκτον* E.

XVIII. 2. *κονίεσθαι ἐν* em. Cob. *κονίσαι* AE. — *Ὀλυμπίασι* em. *ἐν Ὀλυμπίᾳ* AE.
7. *τεθηγμένῃ* em. Dar. *τεθειμένῃ* AE.
11. *ἑλλανοδίκην* E. *ἑλληνοδίκην* A.

XIX. *Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ τακτικὴν ἐβούλοντο καὶ αὐτοὺς τοὺς γυμναστὰς εἰδέναι, μελέτην τῶν πολεμικῶν τοὺς ἀγῶνας ἡγούμενοι. καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν, ὅπουγε καὶ τὴν ὄρχησιν τὸ ῥαθυμότατον τῶν ἐν εἰρήνῃ Λακεδαιμόνιοι πάντως εἰς τὰ πολεμικὰ ἀνέφερον, ὀρχούμενοι τρόπον, ὃν φυλάξεταί τις βέλος ἢ ἀφήσει ἢ ἀρθήσεται ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῇ ἀσπίδι εὐμεταχειρίστως χρήσεται.*

XX. *Ὁπόσα δὲ γυμνασταὶ ξυνεβάλοντο ἀθληταῖς ἢ παρακελευσάμενοί τι ἢ ἐπιπλήξαντες ἢ ἀπειλήσαντες ἢ σοφισάμενοι, πολλὰ μὲν ταῦτα καὶ πλείω λόγου· λεγέσθω δὲ τὰ ἐλλογιμώτερα. Γλαῦκον μὲν τοίνυν τὸν Καρύστιον ἀφιστάμενον ἐν Ὀλυμπίᾳ τῆς πυγμῆς τῷ ἀντιπάλῳ Τισίας ὁ γυμναστὴς εἰς νίκην ἤγαγε παρακελευσάμενος τὴν ἀπ' ἀρότρου πλῆξαι. τουτὶ δ' ἄρα ἦν ἡ τῆς δεξιᾶς εἰς τὸν ἀντίπαλον φορά· τὴν γὰρ χεῖρα ἐκείνην ὁ Γλαῦκος οὕτω τι ἔῤῥωτο, ὡς ὕνιν ἐν Εὐβοίᾳ ποτὲ καμφθεῖσαν ὀρθῶσαι σφυρηδὸν τῇ δεξιᾷ πλήξας.*

XXI. *Ἀῤῥιχίωνα δὲ τὸν παγκρατιαστὴν δύο μὲν ἤδη ὀλυμπιάδας νικῶντα, τρίτην δ' ἐπ' ἐκείναις ὀλυμπιάδα μαχόμενον περὶ τοῦ στεφάνου καὶ ἤδη ἀπαγορεύοντα Ἐρυξίας ὁ γυμναστὴς εἰς ἔρωτα θανάτου κατέστησεν ἀναβοήσας ἔξωθεν· ὡς καλὸν ἐντάφιον τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ μὴ ἀπειπεῖν.*

XXII. *Προμάχου δὲ τοῦ ἐκ Πελλήνης ξυνίει μὲν ὁ γυμναστὴς ἐρῶντος. ἄγχου δ' Ὀλυμπίων ὄντων· ὦ Πρόμαχε, εἶπε, δοκεῖς μοι ἐρᾶν· ὡς δ' εἶδεν ἐρυθριῶντα· ἀλλ' οὐκ ἐλέγξων, ἔφη, ταῦτ' ἠρόμην, ξυλληψόμενος δέ σοι τοῦ ἔρωτος· καὶ γὰρ ἂν καὶ διαλεχθείην ὑπέρ σου τῷ γυναίῳ. καὶ διαλεχθεὶς οὐδὲν ἀφίκετο πρὸς τὸν ἀθλητὴν ἀπάγων λόγον οὐκ ἀληθῆ μὲν, πλείστου δ' ἄξιον τῷ ἐρῶντι· οὐκ ἀπαξιοῖ τί σε, ἔφη, τὰ ἑαυτῆς παιδικὰ νικῶντα Ὀλυμπίασιν. καὶ ὁ Πρόμαχος ἀναπνεύσας ἐξ ὧν ἤκουσεν οὐκ ἐνίκα μόνον, ἀλλὰ καὶ Πολυδάμαντα τὸν Σκοτουσσαῖον μετὰ τοὺς λέοντας, οὓς Πολυδάμας ᾑρήκει παρ' Ὤχῳ τῷ Πέρσῃ.*

XIX. 3. *ὅπουγε* E. *ὅπου* A. 4. *τὸ ῥαθυμότατον* em. Cob. *τὸ ῥαθυμότερον* libri. 5. *πάντως* em. Dar. *πάντες* AE. XX. 5. *ἀφιστάμενον — τῆς πυγμῆς* em. *ἀπιστούμενον — τὴν πυγμὴν* AE. 6. *τὴν ἀπ' ἀρότρου* em. Cob. *τὰν ἀπ' ἀρότρου* A. *τὴν ἐπ' ἀρότρῳ* E. XXI. 1. *Ἀῤῥιχίωνα* em. Cob.

XIX. Lacedaemonii vero etiam tacticam et ipsos gymnastas scire voluerunt, exercitium rerum bellicarum ludos esse rati. Neque est quod miremur, quandoquidem saltationem, ludorum, qui pace fiunt, voluptuosissimum, omnino ad res bellicas retulerunt, saltando exprimentes modum, quo quis caveat telum vel mittat vel humo se tollat et scuto habiliter utatur.

XX. Commoda, quae gymnastae athletis attulerunt, aut adhortantes aut reprehendentes aut minantes aut comminiscentes, multa sunt et plura quam quae recenseantur; proponantur autem notabiliora. Glaucum igitur Carystium ab adversario Olympiae in pugilatu recedentem Tisias gymnastes ad victoriam perduxit adhortans, aratri plagam infligeret; hocce erat adversarium dextra ferire; illa manu enim Glaucus tam robustus erat, ut in Euboea quondam vomerem curvatum corrigeret, dextra veluti malleo feriens.

XXI. Arrhichionem pancratiasten duabus jam Olympiadibus victorem, tertia autem secundum illas Olympiade de corona certantem et jam languescentem Eryxias gymnastes mortis amore imbuit extrinsecus acclamans: quam pulchra vestis feralis victas non dedisse manus Olympiae!

XXII. Promachum Pellenaeum gymnastes amore captum esse intellexit. Quum Olympia instarent: Promache, inquit, videris mihi amore captus esse. Eum videns erubescentem: At, inquit, non te reprehensurus haec interrogavi, sed adjuturus te in re amatoria; namque fortasse etiam colloquar de te cum muliercula. Et nihil collocutus venit ad athletam referens narrationem non veram quidem, sed amanti carissimam; nequaquam, inquit, te rejicit tanquam amatorem suum, si viceris Olympiae. Promachus respirans iis, quae audiverat, non vicit tantum, sed vicit etiam Polydamantem Scotussaeum post leones, quos Polydamas domuerat apud Ochum Persam.

Ἀρίωνα A. *Ἀρίονα* E. *Ἀριστίωνα* em. Dar.

XXII. 1. *Προμάχου* A. *Πρωτομάχου* E. (sic etiam v. 2.) — *Πελλήνης* em. *Πέλλης* AE.

7. *ἀληθῆ μὲν* em. Cob. *ἀληθῆ* AE.

8. *τὰ — παιδικά* em. *τῶν — παιδικῶν* AE.

9. *ἐξ ὧν* em. *ἐφ' ὧν* AE.

10. *Σκοτουσσαῖον* em. Dar. *Σκοτούσιον* A. *Σκοτούσσιον* E.

XXIII. *Μανδρογένους δὲ τοῦ Μάγνητος αὐτὸς ἤκουσα τὴν καρτερίαν, ᾗ ἐκέχρητο ἐφ' ἡλικίας εἰς τὰ παγκράτια, τῷ γυμναστῇ ἀνατιθέντος· τεθνάναι μὲν γὰρ τὸν πατέρα ἔλεγεν· ἐπὶ μητρὶ δ' εἶναι τὸν οἶκον ἀῤῥενικῇ γυναικί, πρὸς ἣν γράψαι τὸν γυμναστὴν ἐπιστολὴν τοιαύτην· τὸν υἱόν εἰ μὲν τεθνεῶτα ἀκούσειας, πίστευσον, εἰ δ' ἡττώμενον, ἀπίστει. ταύτην δ' ἔφασκεν αἰδούμενος τὴν ἐπιστολὴν εὐψυχίαν ἐνδείξασθαι πᾶσαν, ὡς μήθ' ὁ γυμναστὴς ψεύσαιτο, μήθ' ἡ μήτηρ ψευσθείη.*

XXIV. *Ὄσσατος δ' ὁ Αἰγύπτιος ἐνίκησεν ἀγωνισάμενος, εἰς δεύτερον ἆθλον τοῦ γυμναστοῦ ἐπιῤῥώσαντος, κειμένου παρ' αὐτοῖς νόμου δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν τὸν μετὰ νίκην ἡττώμενον· μὴ γὰρ ἀγωνίζεσθαι πρότερον ἢ ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ σώματος. οὐδενὸς δ' ἐγγυωμένου τὸ οὕτω μέγα, ὑπέθηκεν ἑαυτὸν ὁ γυμναστὴς τῷ νόμῳ καὶ τὸν ἀθλητὴν ἐπέῤῥωσεν εἰς νίκην δευτέραν· τοῖς γὰρ ἅπτεσθαι διανοουμένοις ἔργου μείζονος εὔελπι, οἶμαι, τὸ μὴ ἀπιστεῖσθαι.*

XXV. *Ἐπειδὴ δ' ἐπιῤῥεῖ τῶν τοιούτων ὄχλος, ἐγκαταμιγνύντων ἡμῶν παλαιοῖς νέα, σκεψώμεθα τὸν γυμναστὴν αὐτὸν, ὁποῖός τις ὢν καὶ ὁπόσα εἰδὼς τῷ ἀθλητῇ ἐφεστήξει. ἔστω δὴ ὁ γυμναστὴς μήτ' ἀδολέσχης μήτ' ἀγύμναστος τὴν γλῶτταν, ὡς μήτε τὸ ἐνεργὸν τῆς τέχνης ἐκλύοιτο ὑπὸ τῆς ἀδολεσχίας, μήτ' ἀγροικότερον φαίνοιτο τὸ μὴ ξὺν λόγῳ δρώμενον, φυσιογνωμονικήν τ' ἐπεσκέφθω πᾶσαν. τουτὶ δὲ κελεύω διὰ τόδε· παῖδα ἀθλητὴν ἑλλανοδίκης μέν τις ἢ ἀμφικτύων κρίνουσιν ἀπὸ τῶν τοιῶνδε, εἰ φυλὴ τῷδε καὶ πατρίς, εἰ πατὴρ καὶ γένος, εἰ ἐξ ἐλευθέρων καὶ μὴ νόθος, ἐξετάζουσι δὲ γυμνασταί, εἰ νέος καὶ μὴ ὑπὲρ παῖδα, εἰ ἐγκρατὴς ἢ ἀκρατής, εἰ μεθυστὴς, εἰ λίχνος, εἰ θαρσαλέος ἢ δειλὸς, οὐδ', εἰ γιγνώσκοιεν μηδὲν, οἱ νόμοι σφίσιν ὑπὲρ τῶν τοιούτων διαλέγονταί τι· τὸν δὲ γυμναστὴν ἐξεπίστασθαι δεῖ ταῦτα φύσεώς που κριτὴν ὄντα. Γινωσκέτω δὴ τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς ἠθικὴν πᾶσαν, ὑφ' ἧς δηλοῦνται μὲν οἱ νωθροὶ τῶν ἀνθρώπων,*

XXIII. 4. *ἀῤῥενικῇ γυναικί* em. *ἀῤῥενῆ τε καὶ γυναῖκα* AE.
6. *ἀκούσειας* E. *ἀκούσεαι* A.

XXIV. 1. *Ὄσσατος* E. et A. (ubi antea scriptum erat *Ἄττατος*) *Ἄτταλος* conj. Dar.
4. *μὴ γὰρ ἀγωνίζεσθαι* em. *νεκρὸν γὰρ νομίζεσθαι* AE. Vocabulum *νεκρόν* ex clausula antecedentis vocis ortum esse videtur.
8. *εὔελπι — ἀπιστεῖσθαι* A. *δεῖ πάντα τολμᾶν προκινδυνεύουσιν* E.

XXV. 1. *ἐπειδή* E. *ἐπεί* A.

XXIII. Mandrogenem Magneta ipse audivi virtutem, qua juvenis usus erat in pancratiis, ad gymnasten referentem; mortuum enim esse patrem narravit; sub matre fuisse domum, muliere virili, ad quam scripsisse gymnasten hanc epistolam: Filium si interiisse audias, fidem habeto, si victum esse, diffidito. Hanc epistolam veritum dixit omnem sese probasse fortitudinem, ne gymnastes mendacii convinceretur neve mater mendacio falleretur.

XXIV. Ossatus Aegyptius vicit in ludis ad secundum certamen gymnaste excitante, quum apud eos lex sit, ut publice mortem obeat, qui victoria reportata vincatur; neque enim licere prius certare quam vades pro corpore dati sint. Sed quum nemo tantam sponsionem recipere vellet, gymnastes se ipsum legi oppigneravit et athletam firmavit ad alteram victoriam; graviorem enim rem suscipere meditantibus bonam spem facit, puto, si iis confiditur.

6. *Φερενίκη*. Cf. Kraus. Gymn. p. 227. Vicit c. 440 a. C. Pherenices filius ab aliis nominatur Pisirrhodus (Kraus. Olymp. p. 346). De Diagora et Diagoridis vide Kraus. Gymn. p. 529. 743 sq. Olymp. p. 269. O. Müller. Dor. II. 303.

9. *εἷρκτο*, inclusa i. e. abdita erat, delituit, cf. ad XXVIII, 7. — *τρίβωνι*. Erat Doricum maxime Spartanorum et Cretensium vestimentum, tunicae (*χιτῶνι*) superinjectum; vide Jac. ad Imagg. p. 27, 25. O. Müll. Dor. II, 263. C. F. Herm. gr. Ant. III, 21, 14. Becker, Charikl. III, 172.

14. *οἶκος ὀλυμπιονῖκαι πάντες* dici potest, quod *οἶκος* est i. q. *οἱ κατὰ τὸν οἶκον πάντες*.

XVIII.

1. *στλεγγίδα*. Cf. Kraus. Gymn. p. 628. Beck. Charikl. III. 78. C. F. Herm. gr. Ant. III, 23, 31. 37, 20.

3. *ἡλιοῦσθαι*, cf. ad LVIII, 1. — *λυμαίνοιτο*. Sic apud scriptores inferioris aetatis saepius optativus ponitur pro conjunctivo. Seiler ad Long. Past. p. 192 sq. Bernh. synt. p. 408. Philostr. vit. Apoll. VI, 10, 2. *ζῶμεν, ὡς διδοίη καὶ μὴ βασανίζοιτο*. Cf. supra X, 9. infra L, 7.

4. *ἐλαίου*. De usu olei in exercitationibus cf. Kraus. Gymn. p. 230 sqq. Petersen l. l. p. 13. 41 sq.

11. *ἑλλανοδίκην*. De hellanodicis cf. Kraus. Ol. p. 124 sqq. Philostrati aetate erant decem, cf. vit. Ap. III, 30.

XIX.

2. *μελέτην τῶν πολεμικῶν*. Cf. LVIII, 18. Kraus. Gymn. p. 50. Sed vide O. Müll. Dor. II, 307 (ed. II.).

4. *ὄρχησιν*. De saltatione Dorica cf. O. Müll. Dor. II, 326 sqq. Hoeck, Kreta III, 344 sqq. I, 211 sqq. Plat. Legg. VII, 815 dicit: *πυῤῥίχην — τάς τε εὐλαβείας πασῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ καὶ ἐκπηδήσεσιν ἐν ὕψει καὶ ξὺν ταπεινώσει μιμουμένην, καὶ τὰς ταύταις ἐναντίας, τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἔν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι.* — *τὸ ῥαθυμότατον*. In libris est *τὸ ῥαθυμότερον*. Saepissime sic librarii comparativum pro superlativo supponunt. (Cobet de Philostr. p. 47. Bernh. synt. p. 436). Nam in lingua vulgari inferioris aetatis comparativus cum articulo idem significat, quod apud veteres superlativus cum articulo. (Mullach, Grammat. der griech. Vulgarsprache p. 178, 5). Cf. XXXVI, 2. LV, 3. Ceterum de comparativo pro superlativo cf. Kayser ad. vit. Soph. 500.

XX.

4. *Γλαῦκον*. Cf. ad I, 16.

5. *Τισίας*. De hoc aliunde nihil scimus. Apud Paus. VI, 10, 2 legimus. a patre Demylo excitatum esse Glaucum, ut aratri plagam (*τὴν ἀπ' ἀρότρου* sc. *πληγήν*) adversario infligeret. Ceterum cf. Kraus. Gymn. p. 369.

XXI.

1. *Ἀῤῥιχίωνα*. De hoc cf. Kraus. Ol. p. 253. Erat Phigaliae natus in Arcadia. Ol. 52. (572) 53. 54 vicit pancratio. Ol. 54 (564) in ipsa victoria mortuus esse dicitur. Paus. VIII, 40, 1 sq. Philostr. Imagg. II, 6. De Eryxia nihil notum.

2. *τρίτην*. Cf. Phil. Heroic. 679. *ἀπεδύσατο τὴν ἐπ' ἐκείνῃ ὀλυμπιάδα*.

5. *καλὸν ἐντάφιον* cet. i. e. quam pulchre morieris, te non victum Olympiae confessus. De *ἐντάφιον* cf. Isocr. Archid. § 44—46. Wesseling. ad Diod. Sic. I p. 412.

6. *ἀπειπεῖν*. Alia verba de eadem re sunt *ἀπαγορεύειν*, *ἀπαυδᾶν*, *ἀπογιγνώσκειν*. Kraus. Gymn. p. 423, 1.

XXII.

1. *Προμάχου*. Cf. ad I, 16.

8. *παιδικά* significat et amasium et amatam (Phil. Her. 679 vit. Soph. 1, 2). Miror Cobetum p. 10 offendere in hoc verbo.

9. *ἐξ ὧν*. Etiam apud Soph. (O. T. 1221) sic dicitur *ἀναπνεῖν ἔκ τινος*.

10. *Πολυδάμαντα*. Cf. ad 1, 16. Apud Ochum leones interemisse narratur (Kraus. Ol. p. 360). — *λέοντας*, cf. ad LIII, 10. — *Ὤχῳ* i. e. Dario II, cui, antequam rex factus est, Ocho nomen fuit. Id non respexit Cobet p. 70 sq.

XXIII.

1. De Mandrogene nihil aliunde notum est.

XXIV.

1. Ossati apud alios scriptores non fit mentio.

3. *νόμον*. Idem de Plataeensibus supra VIII, 7 narratur.

XXV.

1. ἐπιῤῥεῖ ὄχλος. De hac locutione cf. Jac. ad Imagg. 648.

7. φυσιογνωμονικήν. Exstabant tum Aristotelis et fortasse etiam Polemonis Physiognomonica, ex quibus quinto p. C. seculo Adamantius sua deprompsit.

9. ἀμφικτύων. Amphictyones erant ἀγωνοθέται Pythiorum; cf. Kraus. Pyth. p. 42 sqq. — κρίνουσιν. Cf. Kraus. Olymp. p. 132. 137.

14. σφίσιν. Cobet p. 61 dicit: „quod pronomen (σφίσιν) pro αὐτοῖς positum melius Herodoto et Jonibus reliquisset, de quo abusu diximus in Mnemosyne vol. VIII. pag. 166". Cf. LII, 9. XLV, 31.

16. ὀφθαλμοῖς. M. Mynas p. 117 affert locum ex Polemonis Physiognomonico: τὰ γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς σημεῖα εἴδωλά ἐστι τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ παθημάτων. Idem commemorat dictum Adamantii in physiognomonicis: οἱ μὲν μέλανες ὀφθαλμοὶ ἄνδρα ἀήθη καὶ φιλοκερδῆ καὶ ἄπιστον δηλοῦσιν.

23. ἀγαλματοποιΐᾳ. Cf. O. Müll. Archaeol. § 332 (ed. II.).

27. σχῆμα. Cf. Plat. Tim. 44 D. τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας, τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν.

XXVI.

12. ἀκρίτους εἶναι est Infinit. absolutus, qui usurpatur ad mirationem indignabundam significandam. Matth. gr. gr. § 544.

14. Ἡρακλῆς. Cf. Kraus. Olymp. p. 27 sq. Pyth. p. 13. 48. Cobet p. 73.

15. χυμῶν, cf. supra ad XIV, 13.

XXVII.

1. Dicit, gravioris etiam momenti esse, athletas validis parentibus esse prognatos.

2. παριστάμενος, adjungens, addens; cf. XLIV, 6. App. Civ. 58. Polyb. 24, 8, 4. Praesens pro futuro eodem modo usurpatum esse videtur, atque in verbo διδόναι nonnunquam fit, cujus vice fere fungitur h. l. παρίστασθαι (Krüger. gr. gr. 53, 7).

3. *αἱ κόραι.* De exercitatione virginum Spartanarum cf. O. Müll. Dor. II, 261. 298. 308 (ed. II.). Kraus. Gymn. p. 31 sq. Cic. Tusc. II, 14. M. Mynas p. 118 affert locum ex Stob. Serm. 42 *ταῖς ἐλευθέραις μέγιστον εἶναι νομίσας τὴν παιδοποιΐαν πρῶτον μὲν σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος φύλου, ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος ὥσπερ τοῖς ἀνδράσιν οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, νομίζων ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρῶν καὶ ἔκγονα ἐῤῥωμενέστερα γίνεσθαι.*

6. *ὑδροφορεῖν—ἀλεῖν.* Haec verba particula *γὰρ* antecedentibus adjuncta prorsus aliena sunt a sententia loci ideoque eliminanda erant. M. Mynas p. 118. notat, in Macedonia et Graecia mulieres et puellas rusticas solere molas adire et aquam petere in hydriis capiti impositis. Hoc is, qui locum infarsit, in animo habuisse videtur. Quanquam ejusmodi officia Lucianus joculariter jam tribuit Danaidibus (dial. mar. 302 sqq.). Ceterum ista interpolatio inde videtur orta esse, quod verbis *εἰ δή* mutatis in *εἰ δέ* apodosis loco nostro deerat.

8. *ἀποδώσει*, cf. infra *ἀνήσει* XXIX, 2.

XXVIII.

3. *θεωρῶν*, cf. XXV, 26.

7. *ὑποδέδυκε*, furtim irrepserunt, h. l. significat: delitescunt. Ita Cobet (p. 76) quoque intelligit, sed quod legendum censet *καὶ παιδίων μὲν ὄντων ἀφανῶς ὑποδέδυκε*, non assentior. Nam *παιδία ὄντα* est nomin. absol., qui saepius in hoc libello invenitur, cf. ad XVII, 4. Ceterum non minus quaesite supra XVII, 9 verbum *εἴργειν* adhibuit.

8. *προϊόντων ἐς ἐφήβους.* Hac locutione offenditur Cobet; sed cf. XLVI, 12. *ἐς ἄνδρας ἥκοντα.* Vit. Soph. 1, 2. *ἐς ἄνδρας ἥκων.*

19. *ἐπὶ νηπίῳ.* Notae sunt locutiones *ζῆν, τελευτῆσαι ἐπὶ τέκνοις* i. e. vivere, mori liberos habentem; Matth. gr. gr. § 585 *β*.

XXIX.

2. *ἀνήσει*, cf. XXVII, 8. Cobet injuria futuro offenditur. Ut oratione recta dici poterat *γενν. σπορὰ ἀνήσει γενναίους παῖδας*, ita etiam obliqua oratione id licuit.

3. κναθώδεις κλεῖδες, cf. ad XLVIII, 5.

9. ἐπανθοῦσιν. Philostr. Imagg. XI p. 882. ἱδρωσις ἐπανθοῦσα τοῖς ἵπποις. Cf. de verbo ἐπανθεῖν C. F. Herm. ad Luc. de hist. conscr. p. 323. 94. Jacobs. ad Phil. Imagg. p. 593.

12. πάντων cet. Cf. XXXIV, 10.

24. ξυμβαίνει. Hoc verbum jam apud Platon. nonnunquam est i. q. εἶναι, v. c. Crat. p. 398 B. E. Gorg. p. 479 C.

XXX.

2. αὐχὴν ἀνεστηκώς, cf. XXXV, 8. Jac. ad Phil. Im. p. 628.

XXXI.

2. κοῦφος — βαρύς. Eliminanda erant h. l. verba βαρὺς — καί. Apparet enim alterutrum dictum expungendum esse, quum adversis frontibus inter se pugnent duo enuntiata. Dubitari non potest, quin h. l. leve illud quinquertium intelligatur, de quo supra ad XI, 21 diximus; nam in seqq. memorantur nonnisi ἀκόντιον, δίσκος, ἅλμα. Nec miraberis, qui fieri potuerit, ut verba a nobis damnata margini adscriberentur et postmodum in orationem ipsam reciperentur.

4. σκελοῖν, cf. LV, 8. De ejusmodi genitivis cf. Matth. gr. gr. § 337.

XXXII.

4. χερσί. De hac re cf. Kraus. Gymn. p. 367.

XXXIII.

2. χρόνων, οὕς. Cf. supra ad III, 7. — Leonidas Rhodius vicit Ol. 154. (164 a. C.) 155. 156. 157. Kraus. Olymp. p. 319. Philostr. Heroic. c. 19 init.

8. σταδιοδρόμοι τὸ κουφότατον. Cf. XI, 30. Matth. gr. gr. § 437.

21. ὧν dictum est pro ἐξ ὧν ξύγκειται. Bernh. synt. p. 203. Verbum ξυγκεῖσθαι simili modo usurpatum est supra v. 12. Ceterum saepe hoc verbum etiam cum solo genitivo jungitur apud Philostr., cf. Hamaker. lectt. Philostr. p. 57.

XXXIV.

8. *οὔτε — δέ*. Cf. Hartung, griech. Partikellehre I p. 197.
14. *οἱ τοιοίδε*, cf. L, 10. XLVIII, 3. XLVI, 11. LII, 6 sq.

XXXV.

7. *ἐλευθέρια*. Intelligendum esse videtur de statuis, quae Herculem juvenem deumve factum repraesentant. Vide O. Müller. Archaeol. § 410 sq. (ed. II.). Winkelmann, Geschichte der Kunst p. 283. 288. — *ξυντράχηλα* i. e. cervice contracta, cui opponitur *τράχηλος ἐπικεκλασμένος* (Luc. Adv. Ind. 23. Merc. Cond. 33), laxa cervix, quam Persius (1, 98) dicit. Celebratae sunt taurinae Herculis cervices (O. Müll. l. l. § 331). Vocabulum *ξυντράχηλος* eodem modo formatum est ac v. c. *σύνοφρυς*.
9. *ἑαυτοῦ ξυνιέντι*. Cf. Phil. Im. 813 de Achille puero: *τουτονὶ οὔπω ξυνιέντα ἀρετῆς, ἀλλὰ παῖδα ἔτι*. Epist. 68. *τῶν ἵππων θαυμάζομεν τοὺς αὑτῶν ξυνιέντας*.
12. *παλαίειν*. Infinitivus pendet ab *ξυμβάλλεσθαι*. Comparare licet verba *διδόναι, διδάσκειν, ἐθίζειν* cum inf. juncta.
20. *ἄρνυνται*. Sic apud Platon. est *μισθὸν ἄρνυσθαι*. Non erat, quod Cobet p. 25 verbum Philostrato abjudicaret.
31. *παλαιστρικά* i. e. qualia palaestra et gymnasia concupiscunt et admirantur. Cf. C. F. Herm. gr. Ant. III, 37. Kraus. Gymn. p. 113.
38. *βουβῶνες ξυνδῆσαι ἱκανοί*. Cf. Imagg. p. 819. *ἐκεῖνον ξυνέχει μὲν βουβῶνι*.
42. *πλάτης ὄχημα* est *πλάτη*, quae efficit *ὄχημα*. Significat autem h. l. *πλάτη* i. q. *ὠμοπλάτη*. Hesych. habet: *πλάτη, ἡ ὠμοπλάτη*.
60. *φέροιτο*. Cf. Bernh. synt. p. 412.

XXXVI.

1. *τὸ κάτω παγκράτιον* i. e. *κύλισις* s. *ἁλίνδησις*, lucta volutatoria. Kraus. Gymn. p. 544. 427 sq.
2. *ἀκροχειρία* i. q. *ἀκροχειρισμός*, de quo cf. Kraus. Gymn. p. 421 sq. 510 sq. 546. C. F. Herm. gr. Ant. III, 37, 11.

18. *Μάρωνος*. De hoc luctatore nihil aliunde notum est. Paus. V, 21, 10 sq. refert, Marionem et Nicostratum (Ol. 204), qui Cilix diceretur, pancratio et lucta uno eodemque die vicisse. Nescio an hinc per confusionem ortus sit Maro Cilix. Fortasse etiam huc trahenda sunt ea, quae Philostr. Her. 678 narrat: *τὸν Κίλικα οἶμαι παγκρατιαστὴν ἀκούεις, ὃν Ἁλτῆρα ἐκάλουν οἱ πατέρες, ὡς σμικρὸς ἦν καὶ τῶν ἀντιπάλων παραπολύ*. Ei multa signa aenea posita esse addit. — *ἤνεγκεν*. Cf. vit. Soph. 492. *Σικελία Γοργίαν ἐν Λεοντίνοις ἤνεγκεν*.

XXXVII.

6. *ἀθρόους*, rapidos, vehementes. Cf. LIII, 10. *ἀθρόα ἄνεσις*, subita remissio. Vit. Soph. 1, 2. *ἀθρόος γέλως*. Aristot. probl. 2, 32. *ἀθρόου τοῦ πυρός*. Anthol. gr. VI, 221. *ἀθρόα γυῖα* (leonis). ibid. VII, 210. Theocr. Id. 25, 252. Xen. de re eq. VIII, 5. Hesych. *ἀθρόως, αἰφνιδίως, ταχέως, σφοδρῶς*.

XXXVIII.

9. *καθαιροῦντες*. Plat. Prot. p. 343 C. *εἰ καθέλοι — εὐδοκιμοῦντα ἀθλητήν*. ib. 344 C.

XXXIX.

2. *ἀνεσκιρτηκότες τὴν ὄψιν*, vultu quasi exsultantes. Cf. XLVI, 5. *νεοτήσιον σκίρτημα*. Antiphon in Stob. Floril. 68, 37 fin. *ἐξοίχεται τὸ νεοτήσιον σκίρτημα ἐκ τῆς γνώμης*, cf. Jacobs. lectt. Stob. p. 78. Philostr. vit. Apoll. IV, 20 p. 157. *τὴν νεότητα σκιρτῶσαν*. Etiam apud Platon. Pol. p. 571 C. *σκιρτᾶν* significat: lascivire, exsultare.

XL.

4. *σύροντες*. Cf. Philostr. epist. 49. *ἕλκεις με — καὶ σύρεις μὴ θέλοντα*. Boissonad. ad h. l. confert Planudem a Webero editum Metris Boethianis I, 4. *δεθεὶς σύροιτο*. — *σφαραγεῖ*. Dicitur h. l. de anhelitu, qui comparatur cum ruditu ursi. Eust. ad Il. 22, 328 dicit: *σφάραγος* (i. q. *ἀσφάραγος*) *λαιμός, βρόγχη, τράχηλος, ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν τόπον ψόφου*. Vide, quae Spitzner. notat ad illum locum.

XLI.

1. *περιδεξίους* i. q. *ἀμφιδεξίους*. Cf. Plat. Legg. VII, 795 B. *ὅ τε λέως παγκράτιον ἠσκηκὼς ἢ πυγμὴν ἢ πάλην οὐκ ἀπὸ μὲν τῶν ἀριστερῶν ἀδύνατός ἐστι.*

5. *Μῦς*. Ab aliis nihil de eo traditur. Mys pugil Tarentinus memoratur apud Zenob. 5, 46.

7. *πρόσω τέχνης*, supra artem. Phil. Im. 821. 843. Her. 727 al. Cf. Kayser ad nostrum locum, qui putat, peculiarem esse Philostrato hanc adverbii significationem. — *ὑπέβη*. De debilitatione dextri lateris cogitandum esse videtur, quae effecit, ut sinistrum perpetuo usu roboraret. Cf. Kraus. Gymn. p. XXXIV not. 8.

9. *θαῤῥεῖν τὴν νόσον*. Saepius ita hoc verbum cum accus. jungitur; cf. Jac. ad Phil. Imagg. p. 479. Boisson. ad Philostr. Her. p. 364. Kayser ad nostrum locum.

11. *παλαίσματα* sunt varia luctae *σχήματα*. Krause Gymn. p. 410 sqq.

12. *διαπλέκων*. Kayser: „hic vocabulum athleticum est eaque notione legitur apud Aesch. adv. Ctesiph. § 28 ed. B. *ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο εὐθύς*. Boeckh. not. ad Pindar. p. 253 ad verba *ὅμως μὰν σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν πάγχυ διαπλέκει*".

14. *γινόμενον* cet. Kayser comparat Phil. vit. Soph. 547. *ἔλεγε γὰρ δή, ὡς προσήκοι τὸν ὀρθῶς πλούτῳ χρώμενον τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἵνα μὴ δεηθῶσιν.* ib. 529. *μελετήσας δὲ καὶ μελετῶντος ἀκροασάμενος καὶ ἐθαυμάσθη καὶ ἐθαύμασεν.*

XLII.

1. *ἀναλογίας*, cf. supra XXV, 23.

5. *ἀρίστην κρᾶσιν*. Kayser: „De optima temperatura cf. Galen. *ὑγιεινῶν* I, 6. Idem *περὶ ἀφροδισίων* jungit *τοῖς ὑγροῖς καὶ θερμοῖς*. Tales vulgo nunc sanguinici dicuntur. Opponuntur *θερμοὶ καὶ ξηροί* sive *ἐπίχολοι*".

10. *εὔσιτοι*. Cf. Imagg. II, 17 p. 82, 6 ed. Jac.

11. *εὐαγ. τε καὶ εὐήνιοι*, cf. vit. Apoll. I, 13, 15: *τοὺς δυςηνίους τε καὶ μὴ εὐαγωγοὺς τῶν ἵππων ἐς πειθὼ ἤγαγεν.* ib. III, 34, 126. *εὐήνιον δὲ κινεῖται καὶ εὐάγωγον.* Jac. ad Im. p. 312.

12. *εὐμοιρία κράσεως*. Luc. de salt. 72. *φωνῆς εὐμοιρία*. Idem de astrol. 3. *εὐμοιρίη τῆς οἰκήσιος.*

13. *θερμοὶ—κρᾶσιν.* Kayser: „Jungenda haec arctius, ne quis τὴν κρᾶσιν ad solum ξηροὶ δέ referat. Opponuntur θερμοὶ καὶ ξηροὶ — θερμοῖς καὶ ὑγροῖς, cholerici sanguinicis".

14. *ἄκαρποι.* Kayser: „Audaciore metaphora quam Plut. Mor. p. 41, c. στέφανοι ἡδὺ μὲν, ἐφήμερον δὲ καὶ ἄκαρπον ἔργον".

16. *ἕτοιμον τῆς γνώμης*, cf. Jac. ad Imagg. p. 441.

20. *ξυνάγειν τῇ κόνει.* Kayser: „Verbum referes ad ὑποψύχρους, quibus excitandis aptior est oleo pulvis; contra ἐπιχόλους mitigabit largiter infusum sine pulvere oleum". — ἐπαιονεῖν retinui pro ἐπαιονᾶν, quum etiam καταιονεῖν inveniatur.

XLIII.

3. *παλαιοί*, cf. I, 14 sqq.

6. *ἵππους*, cf. vit. Soph. 61, 18 (554). — *πτῶκας*, cf. supra XIII, 7. — *ὀρθοῦντες — παχύ.* Kayser: „Quid sit σίδηρον ἐλαύνειν, pluribus illustrat Creuzerus Herodot. p. 302 et ad ipsum historicum I, 50. Exemplum hujus exercitationis dedit Astydamas Milesius, qui ad coenam vocatus ab Ariobarzane, nobili Persa, quum hic eum rogaret ἄξιόν τι ποιῆσαι τῶν κατὰ τὴν ἰσχὺν, φακὸν τῆς κλίνης περίχαλκον ὄντα κλάσας ἐξέτεινε μαλάξας. Ita Athen. X, 413 b. ex Theodoro Hierapolitano περὶ ἀγώνων. Nec plane alienum, quod de Glauco puero narrat Paus. VI, 10, 1."

9. *ἀπαυχενίζοντες*, cf. Heroic. 722 (Boisson. 180). ἀπαυχενίσας ταῦρον. Jac. ad Imagg. 113, 3. — *λέοντας*, cf. XXII, 11.

10. *Πολυμήστορες*, cf. XIII, 6. — *Γλαῦκον*, cf. I, 16. — *Ἀλησίαι*, cf. supra I, 14 sqq. De ejusmodi plurali cf. Krügeri gr. gr. 44, 3. 7. Kayser ad nostrum locum, qui notat, perculiarem Philostrati esse usum, ut tali enumerationi pluralium adjiciat nomen singulari numero, ut h. l. Πολυδάμας (vit. Apoll. I, 25, 34. Heroic. 726). De Alesia aliunde nihil notum est; cf. Kraus. Pyth. p. XI. Cobet p. 61 putat, nomen Amesinae, qui lucta vicit Ol. 80, latere in vocabulo illo. — *Πολυδάμας*, cf. I, 15.

11. *Τίσανδρον.* Pugil quatuor victorias in Pythiis et totidem in Olympiis reportasse dicitur. Kraus. Ol. p. 390. Pyth. p. 103. — *Νάξον.* Tisander natus erat Naxi, Siciliae

urbe vetustissima, a. 403 a. C. a Dionysio tyranno deleta (Diodor. XIV, 15). Sed Philostratus h. l. de insula Naxo cogitasse videtur.

15. χαμευνίαν. Cf. Plut. Lyc. 16. ἐκάθευδον — ἐπὶ στιβάδων, ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν τοῦ παρὰ τὸν Εὐρώταν πεφυκότος καλάμου. Theocr. 13, 33. Hom. Od. ε, 482. λ, 192.

17. μάζαι, panis hordeaceus. Athen. XIV, 663 b. Plat. Rep. II, 372 b. C. F. Herm. gr. Ant. III, 24, 12 sqq. Ceterum de diaeta athletarum cf. Kraus. Gymn. 654 sq. — ζυμῖται, cf. Herm. l. l.

18. κρεῶν, cf. Paus. VI, 7, 3, qui de Dromeo Stymphalio narrat: λέγεται δὲ ὡς καὶ κρέας ἐσθίειν ἐπινοήσειε· τέως δὲ τοῖς ἀθληταῖς σιτία τυρὸν ἐκ τῶν ταλάρων εἶναι. Vixisse ille videtur c. 480 a. C. — βόεια cet. Vide Kraus. Gymn. p. 655.

19. κοτίνου — λίπα. Non solet λίπα hoc modo jungi cum genitivo. Sed quum apud Hippocrat. 278, 26 legatur λίπα ῥόδινον et alioquin etiam ab eo pro substantivo usurpetur (p. 272, 33. 277, 39), cum genitivo quoque substantivi jungi posse videtur, atque sic quidem, si ad vivum reseces, λίπᾳ scribendum esset; cf. Buttm. ausführl. Gramm. I, 234 sq. Neque memoratur nostro loco oleum olivarum, neque pulveris aspersio. Putare videtur Philostratus, ea ab antiquitate abhorruisse.

20. ἄνοσοι. Aristot. probl. 1, 28. Kraus. Gymn. p. 653.

21. ὀλυμπιάδας. Cf. Kraus. Theagen. p. 8 de Ischomacho, Tisicrate, Astylo. Ejusd. Gymn. p. 380 sqq. 435 sqq. (de Milone, Theagene, Chilone, Hipposthene).

23. πίπτοντες. Verbum πίπτειν significat etiam inferiorem esse. Maxime dicitur de fabulis, quae cadunt, non stant, ut apud Latinos est (Hor. ep. 2, 1, 176), de poëtis et histrionibus (Arist. Eq. 540), qui corruunt, ut ait Cic. de sen. 18, 64. Etiam ἐκπίπτειν ita usurpatur. Ceterum Kayser adnotat: „In athletis vituperari solebat, quod parum idonei essent ad militaria officia. Jam Euripides apud Athen. X, 413 e. et Galen. protrept. II p. 10 ed. Charter. I p. 4 ed. Bas. hoc contendit: τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ ἢ δίσκον ἄρας ἢ γνάθον παίσας καλῶς πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών; neque aliter judicat Platonicus Laches 183, c. ὥσπερ ἐπίτηδες οὐδεὶς πώποτ' εὐδόκιμος γέγονεν ἐν τῷ πολέμῳ ἀνὴρ τῶν τὰ ὁπλιτικὰ ἐπιτηδευσάντων. Galen. περὶ ἰατρ. καὶ γυμν. cap. 33 rem

optime explicat, cur athletae olim utiliores fuerint quam ipsius aetate: *πάλαι μὲν γὰρ εἷς ἀνὴρ ἐργαστὴς τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἀληθῶς εὐεκτικὸς εἰς ἀγῶνα καταβαίνων οὐ πάλην μόνον, ἀλλὰ καὶ δρόμον ἠγωνίζετο, καί τις ἐνίκα πολλάκις εἰς ἄμφω τε ταῦτα καὶ ἀκοντίζων καὶ τοξεύων καὶ δισκοβολῶν καὶ ἅρματος ἐπιστατῶν, ὕστερον δὲ διεκρίθη, καὶ οἷόν περ ἕνα πεποίηκεν Ὅμηρος Ἐπειὸν, εἰς μὲν πάντα τὰ κατὰ φύσιν ἔργα πάντων ὕστατον, πρῶτον δ' εἰς πυγμὴν, ἧς ἐν ἄθλοις μόνοις ἡ χρεία, τοιοῦτοι πάντες ἐγένοντο, μήτ' ἀρόσαι μήτε σκάψαι μήθ' ὁδὸν ἀνύσαι, μηδ' ἄλλο μηδὲν ἔργον, ἔτι δὲ μᾶλλον πολέμιον ἐργάσασθαι καλῶς δυνάμενοι.* In universum non dubitabatur, quin gymnastica exercitatione pueros ad rem bellicam praeparari oporteret, cf. Plat. Prot. 326 b. Paus. V, 8, 3. Etiam Hector luctam cum tauris *ὑπὲρ μελέτης τῶν πολεμικῶν* instituisse narratur Heroic. 722."

XLIV.

2. *κατεσκληκότων*, cf. vit. Soph. 523. *ὁ μὲν Αἰσχίνης ἀνειμένος — ὁ δὲ κατεσκληκώς τε καὶ ἀεὶ σπουδάζων.*

3. *σικελικὴ ὀψοφαγία.* Cf. Wachsm. hell. Alterth. I, 737 (ed. II). Athen. p. 527. 518. *διαβόητοι δέ εἰσιν ἐπὶ τρυφῇ καὶ αἱ τῶν Σικελῶν τράπεζαι.*

4. *κολακευτική.* Kayser: „Respicit Platonica, Gorg. 463—465 b., ubi philosophus *κολακείαν*, quae subiit, *ὑποδέδυκε τὴν γυμναστικήν*, dicit *κομμωτικήν*; sed deflectit illam sententiam Ph. ita, ut ipsam *ἰατρικήν* adulatricem habeat".

6. *ξύμβουλον ἀγαθήν.* Kayser: „Amat ita Ph. communia componere cum vocabulis femininae terminationis. V. A. VIII, 7, 7, 338. V. S. 83; 34 (582). *ἀγαθαὶ διδάσκαλοι.* Im. 812. Gymnasticam primus medicinae junxit Herodicus, teste Plat. Rep. III, 406 a. Plin. H. N. XXIX, 1, 2." De hoc *ἰατραλείπτῃ*, qui Selymbriae natus erat et Hippocratis magister fuisse dicitur, cf. C. F. Herm. ad Luc. de hist. conscr. p. 218. Kraus. Gymn. p. 21.

9. *ἄχθη — Αἰγύπτια.* Kayser: „Quod Philostr. medicorum ineptis praeceptis, id Galenus *περὶ ἰατρ. καὶ γυμν.* c. 37 ipsis gymnastis tribuit. — Aegyptii saepe bajuli sunt apud veteres; Arist. Ran. 1425 ed. Dind. cum Schol. Suid. v. *ἄραιτο* et *ἀχθοφόρον*. Cf. de ea re etiam Spanh. ad Jul. Or. I, 11. a."

11. *κοῖλοι τὴν γαστέρα*, voraces. Cf. Phil. vit. Soph. 615. *λέγεται κοίλῃ γαστρὶ χρήσασθαι*. Aesch. Sept. 1026. *κοιλογάστορες λύκοι*. — *ἄρτοις μηκωνείοις*, cf. Jac. ad Phil. Im. 95, 17. Alcman. ap. Athen. III, 110. *μακωνίδες ἄρτοι*. C. F. Herm. gr. Ant. III, 24, 23. Erant panes papavere conditi. De artophagia athletarum cf. Spanh. ad Jul. Or. 1, 11. a.

12. *ἰχθύων παρανομωτάτης βρώσεως*. Pythagoricos et Aegyptios sacerdotes piscium esum aversatos esse constat (Plut. p. 728. Beck. Charikl. II, 256). Id autem huc non videtur trahendum esse. Kayser ad h. l. interpretatur *βρῶσιν παρανομ.*: quae vetita est legibus athleticis (LV, 7). At ea de re nihil notum est. Fortasse scelesta, *παρανομωτάτη* dicitur *βρῶσις*, quod maxime piscium esu heluabantur liguritores Graeci (C. F. Herm. gr. Ant. III, 25, 24. Beck. l. c.).

13. *φυσιολογοῦσα*. Ath. VII, 51. Philotimum, Mnesitheum, Diphilum medicos de piscium esu scripsisse dicit.

14. *δήμων*. Cf. Jac. ad Phil. Im. 82, 1. *ὁ τῶν αἰθυιῶν δῆμος*. Pluralis tali modo adhibitus ceteroquin, quod sciam, non invenitur; sed cf. *ἄγρια φῦλα* muscarum apud Homerum, *θηρῶν ἀγρίων ἔθνη* ap. Soph. Ant. 345, ubi etiam est *φῦλον ὀρνίθων* et *πόντου εἰναλία φύσις*. Mnesitheus ap. Athen. l. l. 54 dicit: *ἀγέλαι ἰχθύων* et *γένη ἰχθύων* (56).

15. *πετρῶν*. Diphilus secundum Athen. l. l. dicit, *ὅτι τῶν θαλασσίων ἰχθύων οἱ μὲν πετραῖοί εἰσιν εὔφθαρτοι εὔχυλοι σμηκτικοὶ κοῦφοι ὀλιγότροφοι, οἱ δὲ πελάγιοι δυσφθαρτότεροι πολύτροφοι δυσοικονόμητοι*. Cf. ib. 55 sq.

17. *χοίρεια*. Cf. Kraus. Gymn. p. 655. — *τερατολογία*. Jactationem vaniloquam dicit.

21. *ἀναγκοφαγεῖν*. De athletarum *ἀναγκοφαγία* cf. Kraus. Gymn. p. 642 sqq.

22. *βαλάνου*. Hom. Od. κ, 242. *τοῖσι δὲ Κίρκη παρ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλεν καρπόν τε κρανείης*.

XLV.

1. *δριμύ* sc. *ἐστι*, irritans est, *δριμύσσει*. Pertinet igitur quasi ad irritantia, quae medici dicunt.

2. *χρημάτων*. Cf. Kraus. Gymn. p. XXXVI. p. 423. Olymp. p. 139. Primus Olympiae pecunia corrupit antagonistas Eupolus Thessalus Ol. 98. Cobet p. 80 sqq.

5. δι' οἶμαι τὸ πολλῶν δεῖσθαι. Kayser: „Ita, interposito verbo οἶμαι, etiam V. A. II, 19, 70. Heroic. 749. (Boiss. 256)".

8. ἱεροσυλίας. Cf. C. F. Herm. gr. Alt. II, 10, 14. III, 61, 9. Syrian. ad Hermogen. T. IV, p. 497. Walz: οἷον ὁ φεύγων ἱεροσυλίας γραφὴν ἐρεῖ, ὡς ἱερόσυλός ἐστιν ὁ φιάλας ἐξ ἱερῶν ἀφαιρούμενος, ὁ στεφάνους, ὁ θυμιατήρια κτλ. Aelian. V. Hist. V. 17: εἴ τις πρινίδιον ἐξέκοψεν ἐξ Ἡρῴου, ἀπέκτειναν αὐτόν. Dio Chrys. XXXI p. 336: ἀλλ' ἐὰν μὲν δοράτιον ἐξέλῃ τις ἐκ τῆς χειρὸς ἢ κράνους ἀποῤῥήξῃ τὸν λόφον, τῷ δημοσίῳ τοῦτον εὐθὺς παραδώσετε καὶ τὴν αὐτὴν ὑπομενεῖ τιμωρίαν τοῖς ἱεροσύλοις. — προςτάττουσι, cf. VIII, 9 sq.

9. Ποσειδῶνος, cui Isthmia sacra erant, in quibus victores apii alioque tempore pini coronam acceperunt. — θεοί. Cf. Kraus. Pyth. p. 13. Isthm. p. 171.

11. ἄσυλος. Elei enim talem coronarum nundinationem multabant pecunia; cf. Kraus. Ol. p. 145 sqq. Non recte judicat de hac re Cobet p. 79 sqq. Nam quamvis Olympiae nundinatio ista usu veniret, per leges tamen non erat licita. Per leges ipsas igitur oleaster sanctus manebat, neque erat ἄδεια ἀποδίδοσθαι, ἄδεια ὠνεῖσθαι.

12. οὔπω pro simplici negatione; cf. Boiss. ad Heroic. p. 502. Jac. ad Im. 39, 25.

18. παρελθόντες, cf. ad XVII, 4. — ἱερόν. Strab. VIII, 6. p. 380. Cas. τὸ τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερὸν, ἄλσει πιτυώδει συνηρεφὲς, ὅπου τὸν ἀγῶνα τῶν Ἰσθμίων συνετέλουν.

22. εἰ οὐδ'. Krügeri gr. gr. 67, 4, 1.

24. Ἰωνίᾳ. Ephesi, Mileti, Smyrnae, Colophone, Pergami, in multis aliis Joniae urbibus ludi celebrabantur. Kraus. Gymn. p. 771 sqq.

25. Ὀλυμπία. Cf. Paus. V, 21, 16.

29. ἢ ὧν δανείζονται mutata constructione dixit pro ἢ ἐφ' οἷς. Itaque cum verbo δανείζεσθαι genitivus pretii h. l. jungitur. Rost, gr. gr. p. 550. Ceterum addendum erat δανείζονται, nisi forte putaveris, δανείζειν etiam significare posse i. q. δανείζεσθαι, quum Hesych. habeat: δανειστὴν καὶ τὸν δανειζόμενον. Id vero mihi quidem non placet, quod δανείζειν modo antea alio sensu dictum est. — ἔμποροι θαλαττεύοντες, mercatores negotiationis causa mare navigantes, qui iniquissimo fenore versuram faciebant; cf.

C. F. Herm. gr. Ant. III, 49, 5 sqq. Wachsm. hell. Alt. II, 182. (ed. II.)

31. *σφισι.* Cf. ad XXV, 14.

XLVI.

2. *γαστέρα.* Athletae pallido colore et ventre obeso insignes esse solebant. Kraus. Gymn. p. 71. 646. 546.

3. *προβαρύνειν*, onerare ante exercitia; cf. XLIV, 8. *καὶ τὸν πρὸ τοῦ γυμνάζεσθαι χρόνον κ. τ. λ.*

5. *νεοτήσιον σκίρτημα*, cf. ad XXXIX, 2.

8. *παλαίστρα* sc. *γυμνάζει κίνησιν.* — *κίνησιν — τριβόντων.* Glossa est absurdissima, ex libro quodam medico temere huc translata. Nam quid sibi volunt verba: motionem autem dico et a pedibus orientem, quatenus fit emolliendo, et a manibus proficiscentem, quatenus fit frictione? Quid hoc ad pueros, qui exercentur? Ceterum videtur medicae istius glossae primum verbum *κίνησιν* corruptum esse ex *κνῆσιν*, quod idem accidisse videmus in Plat. Phil. 46 D., ubi Stallbaum. cum aliis emendavit *τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κνήσει* pro *κινήσει.* Interpolator igitur nostro loco non legerat *κίνησιν*, verum *κνῆσιν* eamque vocem glossa addita explicaturus erat. De *κνήσει* cf. Petersen, das Gymnas. d. Gr. p. 13.

10. *ἀγερωχότερα*, cf. Jac. ad Phil. Im. 71, 3. 102, 8. *ἀγέρωχα σκιρτᾷ.*

11. *τὰ τούτων*, cf. XXXIV, 15. — Helix Phoenix, a Dione Cass. Aurelius Aelix nominatus, vixit c. 220 p. C., vicit Olympiae lucta et pancratio. Cf. Kays. ad h. l. Kraus. Olymp. p. 256. Phoenices etiam erant hieronicae Asclepiades et Callicles Sidonii (Kraus. l. c. p. 46. 254. 305).

13. *παρὰ πάντας.* Phil. Imagg. p. 812. *μέγας παρὰ πάντας οὗτος.*

XLVII.

2. *ἡγώμεθα δέ.* Cf. supra I, 1. XVI, 7. XXXVI, 5. Vit. Soph. 492. *ἐς ὃν ἀναφέρειν ἡγώμεθα.* Vit. Ap. 236. *ἡγώμεθα δ' αὐτὸ μὴ μειρακιῶδες, ἀλλὰ φιλοτιμότερον.*

15. *γυμνοῦ*, cf. supra XXV, 23 sqq. XXVI. XXVIII, 20. — *σιτία.* Cf. XLIII, 16.

XLVIII.

1. *κλοπαὶ σιτίων* dicitur de cibis, quos fraudent, *ἀναγκοφαγίαν* negligentes.

2. *ἀγωνίαι*, cf. XX sqq. LIII, 1.

3. *τετράζοντες*, gingrientes, gracillantes. Festive dictum est respectu habito *τετράδων*. — *ληροῦντες*. In apogr. legitur *κληροῦντες*. Sed quid hoc? Habet quidem *κλήρωσις* locum in ludis (Kraus. Gymn. p. 363 sq. Olymp. p. 109 sqq.), quid autem hic sibi velit, non perspicio. Contra *ληροῦντες* apprime convenit sententiae hujus loci.

5. *κύαθοι κλειδῶν*, cf. XXIX, 3. *κυαθώδεις αἱ κλεῖδες*. Kayser: „vocabulum *κύαθος* hac notione ignorant lexica. Habet autem cyathi formam extrema clavicula, quae in hominibus crassis prominentior est".

6. *ὄγκου*. Kayser: „Talis *ὄγκος* conspicuus est in Herculis simulacris vituperaturque in athletis a Galeno, comment. ad aphorism. Hippocr. fol. 222. *τῆς δὲ τῶν ἀθλητῶν εὐεξίας οὐ μικρὸν τοῦτό ἐστιν ἔγκλημα τὸ περιβάλλεσθαι πειρᾶσθαι μέγεθος ὄγκου κατὰ τὸ σῶμα καὶ δηλονότι καὶ πλῆθος χυμῶν*. Fortasse hunc *ὄγκον* dicit scriptor ep. ad Hebraeos XII, 1. *τὸν ὄγκον ἀποθέμενοι καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα*. Cursoribus enim maxime oberat is tumor, quem luctatores et pancratiastae quaerebant".

7. *αἷμα ἱλαρώτερον*. Imagg. 845. *ἔστιν αὐτῷ ἄνθος αἵματος*. ib. 820. *τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει*. Cf. quoque *κόμη ἡδεῖα*. ib. 813 et Jacobs. ad h. l.

10. *ὑποδεδωκότες*, cf. XIII, 21. XLI, 8. Vit. Soph. 2, 23, 2. *τὰ ὑποδεδωκότα τῶν δημίων ἔργων*.

12. *κλεῖς κοίλη*. Kayser: „Claviculas, quae *ὠμοπλάτας* cum sterno jungunt, non ipsas habet cavas, sed cutem circa eas macilentam dicit *κοίλην*". — *ἐνδείξαιτο*. Cobet p. 62 contendit, *ἐνδείξειε* legendum esse; sed etiam apud Polybium medium hujus verbi sic usurpatur.

18. *ἐρᾶσθαι* i. q. *ἐρᾶν*, cf. Plut. Mor. 753 A. *ἐρᾶται γὰρ αὐτοῦ νὴ Δία καὶ κάεται*. Non erat, quod Cobet l. l. hunc verbi usum addubitaret. — *δοκούντων* h. l. fere est i. q. *τῶν τυχόντων*. Ideo scripserim *τῶν δοκούντων*.

XLIX.

1. *οἱ δ' ὀνειρώττοντες, ἀποκάθαρσις.* Est liberior constructio pro *τὸ δ' ὀνειρώττειν ἀποκάθαρσις* vel *οἱ δ' ὀνειρώττοντες ἀποκαθαίρονται*, id quod Daremb. de conjectura in textum recepit. Simile quid est L, 10. *πάλη δὲ καὶ παγκράτιον, ὀρθοὶ μὲν καὶ οἵδε.* LII, 6. *ἡ δὲ τῶν ὀνειρωττόντων ἕξις, ἀφροδίσια μὲν καὶ ταῦτα.* Cf. ad XXXIV, 14.

2. *ἐπιπολαζούσης.* Kayser: „Ea significatione *ἐπιπολάζω* frequens est apud Hippocratem et explicatur a Galeno comm. I. in libr. *π. τ. ἀνθρ. φυσ.* p. 10, 55. *πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος ἀντὶ τοῦ πλεονάζοντος*". — *δροσίζοντες.* Verbum *δροσίζειν* h. l. praeter consuetudinem intransitive usurpatum est, ut sit i. q. *ἱδροῦν.*

3. *εὐτραφεῖς ὑπὸ τοῦ καθεύδειν.* Cf. XLVIII, 17.

4. *ἀνεύθυνοι τὸ ἰσχίον*, aliter ac homines Venerei, quibus est *ἰσχίον ἄναρμον* (XLVIII, 13).

5. *ἐν χώρᾳ*, ad instar; cf. LIII, 3. — *ὄντες.* Nomin. absol.; cf. ad XVII, 4.

L.

2. *λεπτοτέρα ἑαυτῆς*, tenuior quam revera est. Ceteroquin in ejusmodi locutione *αὐτὸς ἑαυτοῦ* poni solet (Matth. gr. gr. § 452), sed apud Philostr. deest *αὐτός*. Cf. vit. Soph. 492. *λόγος ἡδίων αὑτοῦ.* V. Ap. 156. *ἥττων αὑτοῦ γενόμενος.* ib. 166. *ἁβρότερον αὑτῶν εἶχον.* Fusius rem tractat Boisson. ad Phil. epist. p. 167 sq.

3. *κατηφής.* Kayser: „Im. I, 7 p. 14, 13. *Ἠὼς ἐπὶ τῷ παιδὶ πενθοῦσα κατηφῆ ποιεῖ τὸν Ἥλιον.* V. S. 556 de lapide Lesbio *κατηφὴς δὲ ὁ λίθος καὶ μέλας.* Hic brachium dicitur lentitudine flaccidum. Contrarium est Im. I, 24 p. 39, 8 (799): *Λακωνικὸν τὸ μειράκιον — καὶ βραχίονα ὑπεγεῖρον ἤδη*".

4. *κοῦφοι — βαρυτέρων*, cf. supra XI, 20.

6. *τρίψεσιν.* Cels. de med. 2, 14: „Longe tamen saepius aliud (membrum) perfricandum est, cum aliud dolet, maximeque cum a summis aut a mediis partibus corporis evocare materiam volumus, ideoque extremas partes perfricamus". Cf. supra XIV, 24. XLVI, 10.

6. *ἀπάγοιτο.* Cf. supra ad XVIII, 3.

7. *γυμναστέοι.* Gymnastarum etiam erat scire, quam vim ad corpus humanum haberent singula exercitia. Kraus. Gymn. p. 221, 7. — *πένταθλοι.* Cf. ad XI, 21.

9. *ἀκροχειριζέσθων.* Cf. ad XXXVI, 1. — *ἀερίζοντες* h. l. significare videtur: tanquam in aëre pendentes i. e. suspenso gradu, non *ποσὶν ἀμφοτέροισιν στηριχθέντες ἐπὶ γῆς*, ut Tyrtaeus canit. Nam *ἀκροχειρισμός* erat colluctatio prioribus tantum digitis insertis, qua adversarium gradu demovere studebant. Eam ob causam nescio an legendum sit *αἰωρίζοντες*, quod quin intransitive usurpari possit, haud dubito, quum Philostr. etiam verbo *μετεωρίζειν* sic utatur Heroic. 8.

10. *πάλη — ὀρθοὶ μὲν καὶ οἴδε,* cf. ad XLIX, 1. XXXIV, 14. De *ὀρθῇ πάλῃ* vide Kraus. Gymn. p. 423 sqq.

11. *ἀλλ' ἀνάγκη κυλίεσθαι.* Kayser: „Interlocutorem audis, cui statim reponit Noster: *κυλιέσθων μὲν, ἀλλ' ἐπικείμενοι.* Volutationem palaestricam egregie explicuit Jacobs. ad Imag. p. 434.“ Cf. ad XXXVI, I.

12. *περικυβιστῶντες.* De athletarum *κυβιστήσει* cf. Kraus. Gymn. p. 845, 2. Luc. Anach. 16. *αἱ συνεχεῖς ἐν τῷ πηλῷ κυβιστήσεις.* Plat. Symp. p. 190 A. *οἱ κυβιστῶντές εἰς ὀρθὸν τὰ σκέλη περιφερόμενοι κυβιστῶσι κύκλῳ.*

14. *τρίψεων.* Cf. ad v. 6.

15. *ἀπομάττειν.* Gymnastarum proprie non erat inungere athletas, verum aliptarum. Sed nonnunquam gymnastae aliptarum quoque officia et ministeria executi esse videntur et vice versa. Kraus. Gymn. p. 232.

LI.

2. *ὄντα.* Cf. ad XVII, 4.

5. *ἀπ' αὐτοῦ.* Apud scriptores inferioris aetatis *ἀπό* saepius usurpatur pro *ὑπό.*

6. *ἀποστλεγγιζέτω,* cf. ad XVIII, 1. — *χρώμενος.* Partic. Praes. eodem modo adhibitum est atque antea *λιπαίνοντα* (L, 15).

7. *ἀποφράττοιντο.* Cf. XLII sub fin. *ξυνάγειν τῇ κόνει.* Luc. Anach. 29. *τὸν ἱδρῶτα συνέχειν δοκεῖ ἡ κόνις ἀθρόον ἐκχεόμενον ἐπιπαττομένη.* Ceterum de pulveris usu in palaestra cf. Kraus. Gymn. p. 233 sq. Ad lectionem *κόνει* cf. LII, 12 sq.

LII.

1. τοὺς δ' ἐξ ἀφροδισίων sc. ἥκοντας, cf. XLVIII, 9. Cobet p. 62 negat, ejusmodi ellipsin ferri posse; sed vide modo Phil. Heroic. 679. ἀνὴρ ἐκ παίδων ἐνίκα πάλην, ex pueris egressus vir lucta vicit. Ceterum cf. Aristot. probl. V.

2. κηρύκων dictum pro κηρυγμάτων, cf. vit. Soph. 553. καί με βόσκουσιν αἶγές τε καὶ ποιμένες i. q. ποῖμναι (greges ovium). Vit. Ap. 162. αἱ δὲ νῖκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες, Nero vicit cithara et praeconio. De re cf. Kraus. Olymp. p. 172. — αἰσχρὰν ἡδονήν. De castitate athletarum vide Kraus. Gymn. p. 72 sq. 77. 872 sq. De Icco athleta cf. Ael. V. H. XI, 3.

3. ποῦ ἄνδρες; cf. Vit. Ap. 235. καὶ ποῦ σοφόν; Soph. OT. 390. ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; — ὑπὲρ νουθεσίας, quum alii ὑπὲρ νίκης, εὐκλείας, στεφάνου exerceantur.

6. ἡ δὲ τῶν ὀνειρωττόντων. Cf. XLIX, 1.

8. ὑποθρεπτέοι, cf. LVI, 6.

9. σφᾶς, cf. ad XXV, 14.

11. ἐγγυμνάζοιντο h. e. in gymnasiis. Cf. LVII, 5. γυμνάζεσθαι βάσιν. ib. 6. γυμν. ὤμους τε καὶ δακτύλους. Vit. Soph. 593. γυμνάζεσθαι τὴν γλῶτταν. Kays. ad Vit. Soph. 619.

12. κόνει. Cf. ad LI, 7.

LIII.

1. ἀγωνιῶντες. Cf. XLVIII, 2.

2. παριστάναι. Cf. LXX Maccab. I, 6, 34. τοὺς ἐλέφαντας εἰς τὸν πόλεμον παριστάναι.

3. ἐν χώρᾳ, cf. XLIX, 5. — ἀϋπνούντων. Legendum videtur ἀγρυπνούντων. In Bekk. Anecd. p. 7, 5 est αὐπνεῖσθαι.

5. εὖ ἔχει non significat h. l. utilis est, verum placet. Primum enim nexus cum enuntiato sequente (αἱ γάρ cet.) flagitat, ut ita interpretemur; deinde quae dicit auctor XLVII, 12. πάντα ἁρμονικῶς γυμνάζοντες. — τὸ ἁρμονικὸν γυμνάσιον, exercitatio gymnastica, cujus partes conspirant.

6. αὐτόματοι, cf. XLVIII, 2.

7. τοὺς μέν sc. eorum, qui lassitudine spontanea laborant. Saepe apud Philostr. negligentius ejusmodi enuntiata antecedentibus adjunguntur; cf. ad XXXIV, 14. — τοὺς μὲν ἐν πηλῷ. Opponuntur haec verba sequentibus τοὺς δ'

ἐν κόνει. Illud ἐν πηλῷ leviorem, hoc ἐν κόνει graviorem exercitationem indicare, locus noster probat. Et ex Luc. Anach. 1 sq. 8. 16. videmus, ἐν πηλῷ fieri luctam, ἐν κόνει pancratium; nec non inde cognoscimus, ἐν κόνει certari sub divo (ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς), ἐν πηλῷ in loco contecto. Itaque h. l. ἐν παλαίστρᾳ est i. q. ἐν ἀποδυτηρίῳ, id quod saepius reperitur (Petersen, d. Gymn. d. Gr. p. 10). Locus, ubi ἐν κόνει certabatur, erat κονίστρα prope apodyterium (ephebeum) sub divo sita (Petersen l. l. p. 21. 52. Kraus. Gymn. p. 108). Solum igitur in palaestra contecta constat e luto.

10. κόνιν breviter dictum est pro certatione in pulvere. Simile est, quod supra XXII, 11 dicitur μετὰ τοὺς λέοντας.

LIV.

1. τετράδων. Cf. XLVII.

2. Γερηνῷ. De hoc luctatore nihil aliunde constat; Kraus. Gymn. p. XXXVII.

3. ὁδοῦ, igitur ad viam sacram in Ceramico.

4. τὰ ἐπ' αὐτῷ est i. q. τὸ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα, quemadmodum dici solet (Cobet p. 26).

7. νίκην τινὰς ἑστιῶν. Cf. Luc. Symp. 2. ἑστιῶν ἡμᾶς ἡδίστην ταύτην ἑστίασιν. id. Amor. 52. ἡμᾶς ἑστιάσαντος αὐτοῦ τἀπινίκια.

8. κατηνέχθη. Cf. Luc. de merc. cond. 2. ἐς ὕπνον κατηνέχθην. Nov. Test. ὕπνῳ βαθεῖ κατ.

10. ὠμός, crudus, de stomacho vitiato. Hoc vocabulum alias non ita usurpatur.

13. ἀγνωσίᾳ — σιωπῶντος, „propter inscientiam, quod ille, quae scire opus erat, antea non dixerat et tacuerat". Haec glossam sapiunt; ex antecedd. enim patet, athletam sane dixisse, quae scire opus esset.

15. ἀγύμναστος dicitur γυμναστής, qui vere non dignus est nomine gymnastae, itaque malus gymnastes. Apud poëtas cf. γάμος ἄγαμος, νᾶες ἄναες, ἄδωρα δῶρα, πόλεμος ἀπόλεμος, νύμφη ἄνυμφος, δέσμος ἄδεσμος, χάρις ἄχαρις al. Matth. gr. gr. § 446, 4.

19. εἴρηκα, cf. XI, 30.

20. γυμνάζει δ' ἑλλανοδίκης. Id factum est in gymnasio Eleo, ubi ante ipsos ludos per triginta dies agonistae

hellanodicis moderantibus exercebantur. Erant haec *προγυμνάσματα, πρόπειραι.* Kraus. Olymp. p. 136.

21. *ἐπεσχεδιασμένα τῷ καιρῷ.* Cf. vit. Soph. I, 2. *ἐπισχεδιάσαντος τῷ καιρῷ.*

22. *μάστιγος.* Significat h. l. baculum; nam *μάστιξ* est quoque quodlibet instrumentum, quo quis verberatur; cf. *μαστιγοῦν.* Olympiae bacula gerebant *ἀλύται*, qui iidem apud Luc. Hermot. c. 40. *μαστιγοφόροι*, apud Thuc. V, 50. *ῥαβδοῦχοι* appellantur. Flagellum nusquam reperitur in tabulis, quibus repraesentantur res agonisticae in Kraus. Gymn. — *γυμναστῇ.* Non accurate dictum; cogitandum enim de hellanodicarum ministris, *ἀλυτάρχῃ* et *ἀλύταις*; cf. Kraus. Olymp. p. 142. C. F. Herm. gr. Ant. II, 50, 20. — *ἐπηρμένης.* Cf. Luc. Bacch. 2. *τῇ δεξιᾷ ῥάβδον ἐπηρμένος.* Plut. *ἐπαράμενος τὴν βακτηρίαν.*

23. *παρακελεύουσι* trahendum esse videtur ad *ἑλλανοδίκης.* Saepius ita plurali utitur pro singulari et vice versa, cf. XXXIV, 17.

26. *σοφίαν.* Cf. XLVII, 14. I, 12. XIV, 2.

27. *ἀνηβήσει.* Cf. V. Ap. IV, 27, 167. *ὅθεν παλαῖστραι ἀνήβησαν.*

LV.

1. *ἁλτήρ.* Cf. Kraus. Gymn. p. XXXVII. 387. 395. C. F. Herm. gr. Ant. III, 37, 3. II, 30, 19. — *πεντάθλων*, cf. ad XI, 21. Aetate inferiore in ludis solus saltus usu non venit, sed tantum in pentathlo, cum quo in ordinem certaminum Olympicorum recepto (cf. XII, 9) simul halteres adhibiti fuisse videntur. Pauly, Real-Encycl. III, p. 1004.

4. *αὐλῷ* Cf. Kraus. Gymn. p. 389. 392. Paus. V, 7. 4. 17, 4. VI, 14, 5.

5. *πομπὸς χειρῶν.* Cf. Imagg. 813. *αἱ χεῖρες ἀγαθαὶ πομποὶ τοῦ δρόμου.*

6. *βῆμα εὔσημον.* Kayser: „Est *β. εὔσ.* bene dimensus pedum status, *εὖ διαμεμετρημένον*".

7. *διαμετρεῖν.* Kayser: „Hoc idem est, quod apud Pindarum Nem. V, 16. *ἅλμαθ' ὑποσκάπτειν.* Adde Eust. ad Od. *ϑ.* 198."

8. *ἴχνους.* Kayser: „nisi firmiter insistat talis post saltum, ac *βῆμα* ejus *ἑδραῖον καὶ εὔσημον* deducatur ad terram". Cf. XXXI, 4. *ἐχέτω μακρῶς τοῖν σκελοῖν* XXXII, 3.

10. παραληπτέον sc. τοὺς ἁλτῆρας κούφοις καὶ βαρέσιν sc. ἀθληταῖς pro κούφων καὶ βαρέων ἀθληταῖς. De locutione illa cf. Kraus. Gymn. p. 655. Philostr. Heroic. 715. βαρέος ἀθλητοῦ καὶ κούφου. L, 4. 14. XI, 25.

13. ἀναπαύοντος sc. γυμνασίου. Est id, quod memoratur XLVII, 10.

LVI.

1. κόνις. De pulvere cf. Kraus. Gymn. p. 233 sq. 192. C. F. Herm. gr. Ant. III, 37, 19. Libentissime usi sunt tenui arena Niliaca.

2. ξυμμετρίαν δοῦναι τοῖς περιττοῖς est i. q. ξυνέχειν LII, 14 et ξυνάγειν XLII sub fin.

3. μεμυκότα, cf. XXIX, 9 sqq.

7. περί cet. Cf. II, 10. V. Soph. 612. ἡ ὥρα περὶ τῷ εἴδει. Ep. 949. τῆς περὶ τῷ προσώπῳ γαλήνης. Im. 850. περὶ τῷ προσώπῳ πῖνος. — ἠσκημένῳ est, quod ἰσχὺν ἔχει ἐκ παλαίστρας V. Soph. 525.

LVII.

1. κώρυκος. De folle pugilatorio cf. Kraus. Gymn. p. XXXVIII. 313 sqq. C. F. Herm. gr. Ant. III, 37, 17.

3. κωρύκῳ. Kayser scripsit κωρύκου, ad genitivum defendendum comparans V. Soph. 592. ἐγεγύμναστο τὴν γλῶτταν τῆς ἀττικιζούσης λέξεως. V. Ap. II, 36, 88. ἄνδρα γεγυμνασμένον τοῦ διαλέγεσθαι. Im. 799. μειράκιον δρόμων οὐκ ἀγύμναστον. Sed ea constructio usu venire nequit, nisi si indicat δαήμονα, ἔμπειρον εἶναι, quae non est nostri loci ratio, ubi γυμνάζονται legitur. Contendas modo, Homericum πολέμοιο δαήμεναι et διδασκόμενος πολέμοιο quod est i. q. δαήμων πολέμοιο. Quem autem vir doctissimus ex Im. 799 affert locum, is huc omnino non pertinet; cf. Matth. § 339. — μόναι χεῖρες, neque etiam pedes, humeri, digiti, ut apud pancratiastas.

7. ὤμους. Kayser: „Dorsum corroborabant ἐπιστρέφοντες κατὰ μετάφρενον, ut ait Antyllus; manus, quum χερσὶν ἀντέβαινον αὐτῷ προσιόντι".

8. ἐναραττέτω. Kayser confert Lobeck. ad Soph. Aj. v. 250. Synes. epist. 4, 161. ἄνεμος ἐπαράσσει. Strab. 669.

ποταμὸς καταράττων. Arist. de mundo III, 392, 12 ed. Bekk. ὄμβροι καταράττουσι. — ἀθλητής sc. κωρυκομαχῶν.

9. ὀρθά, cf. ad XXXVI, 1.

LVIII.

1. εἰληθεροῦσι. Verbum h. l. transitive adhibitum est, ut apud Hippocr. p. 485, 22. Foës. ib. 486, 10. Alio loco apud Philostr. (V. Ap. p. 235) intransitive usurpatur; sic etiam apud Athen. p. 569. Nostro loco transitiva verbi vis praeferenda est, quod Philostr. gymnastarum ratione habita solet praecepta sua proponere. Id etiam Cobet (p. 21) vidit. Ceterum εἰληθερεῖν s. ἡλιοῦν, insolatio, apricatio pertinebat ad rem gymnasticam, cf. XVIII, 3. Ast. ad Plat. Phaedr. 239. C. Despiciebantur σκιατραφεῖς, λευκοί (Philostr. Im. 769. 858). Sed vide, quem Kayser p. 102 laudat, Oribasium p. 295 ed. Matth. περὶ ἡλιώσεως, qui dicit: αἱ ἡλιώσεις ἀναγκαιόταται τυγχάνουσι τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις καὶ σαρκώσεως. φεύγειν μέντοι χρὴ τόν τε ἐκνεφίαν ἥλιον (cf. Galen. in Gloss. p. 72) καὶ τὸν πολλάκις ἐπισκιαζόμενον κατὰ τὰ νήνεμα χωρία. ἐπιτηδευτέον οὖν ἐφ' ὅσον οἷόν τε χειμῶνος μὲν καὶ ἔαρος καὶ φθινοπώρου τῆς ἡλιώσεως ἀπολαύειν ἀκεραίου. θέρους δὲ παραιτητέον ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θερμασίας. χρὴ δὲ παραβάλλειν ἡλίῳ καὶ πυρὶ πάντων μᾶλλον τὰ νῶτα. τὰ γὰρ προαιρετικὰ νεῦρα ἐν αὐτοῖς μάλιστα τυγχάνει. ταῦτα γὰρ ἀλεαινόμενα πᾶν τὸ σῶμα ὑγιεινότερον διατίθησιν. Vid. et Luc. Anach. 16. Kraus. Gymn. p. 629, 6.

2. ἡλίῳ i. e. solis calore.

3. λόγῳ sc. αὐτὸ πράττοντες.

8. εὐηλίους cet. i. e. eos dies, qui a solis calore commendabiles sunt, indicavi. — φλεγματώδεις, cf. supra XLII, 8 sqq.

9. ἐξικμάζοιντο (cf. LII, 9) h. l. construitur ad analogiam verborum ἀπολύειν, ἐκλύειν, ἀπαλλάσσειν, ἐλευθεροῦν. Est enim i. q. exsiccando liberare. — ἐπιχόλους, cf. XLII, 13.

14. πυριᾶσθαι i. e. sicco calore ita calefieri, ut sudor eliciatur. Id fiebat Laconico in concamerata sudatione (πυρία, πυρίαμα, πυριατήριον) prope ephebeum; cf. Petersen l. l. p. 14. 43. Becker, Charikl. III, 75 sq. ejusd.

Gall. III, 76 sqq. Cels. de med. II, 17. Mart. VI, 42: Ritus si placeant tibi Laconum, contentus potes arido vapore cet. Apud Galen. de compos. VIII, 10. Laconicum appellatur *ξηρὸν βαλανεῖον*. Kraus. Gymn. p. 625 sq. O. Müll. Dor. II, 268. — *ξηραλοιφεῖν*, Suid. *τὸ χωρὶς λουτρῶν ἀλείψασθαι*. Cf. ad XIV, 24. C. F. Herm. gr. Ant. III, 23, 29. Beck. Charikl. II. 187. — *ἀγροικοτέρα* dicitur gymnastica, minus exculta, utputa Lacedaemoniorum, qui pancratium et pugilatum respuant. Qua de re cf. supra ad IX, 10.

18. *καρτερίας*. Cf. Hor. Od. I, 7, 10: patiens Lacedaemon. Aspasius ad Aristot. Eth. 4, 7. *Λάκωνες ἐγκράτειάν τινα καὶ καρτερίαν ἐπαγγελλόμενοι*. Corn. Nep. Alcib. c. 11. — *μαστιγουμένων*. Acriter invehitur in Lacedaemonios tanquam parum ingenuos rei gymnasticae aestimatores, quum ipse permagni eam faciat, ab istis tantum *καρτερίας ἕνεκα* tractatam. Dicit enim eam, quae nunc quidem corrupta effeminataque sit helluatione et diaetetica perversa (cf. XLIV), turpissimo lucri studio (cf. XLV) vitiata, scientiam esse nulla alia inferiorem (cf. I. XIV) eamque compositam arte medica et exercitatrice (*ἰατρικῇ* et *παιδοτριβικῇ*, cf. XIV). Tetrades repudiat (cf. XLVII), quippe in quibus mens ac ratio desideretur et quae rem gymnasticam eo facile adducant, ut ad opifices (*βαναύσους*, cf. I) rejiciatur. Existimat animos ea ad rem bellicam applicari (cf. VII sub fin.) eamque bello utilem esse (cf. XI init.), etiamsi non utique sit belli progymnasma (cf. XIX). Gymnasticam censet homini quasi esse insitam et innatam (cf. XVI) atque splendidas ludorum victorias praeparare (cf. XIII fin.). Ceterum de Spartanorum gymnastica cf. Wachsm. hell. Alt. II, 366. A Philostrati sententia toto coelo differunt ea, quae O. Müll. Dor. II, 299 sqq. de eadem re disputat. Ad nostrum locum cf. Plut. Lyc. 18: *καὶ τῶν νῦν ἐφήβων πολλοὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας ἑωράκαμεν ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς*. Dio Chrys. p. 250 R. *Λυκούργου κελεύσαντος ἔτι νῦν μαστιγοῦνται Λακεδαιμόνιοι*.

19. *βωμοῦ* sc. Dianae Orthiae. De hac puerorum flagellatione cf. vit. Apoll. 258. *τὸ δὲ τῶν μαστίγων ἔθος τῇ Ἀρτέμιδι κτλ.* Wachsm. hell. Alt. II, 365. O. Müll. Dor. I, 386. II, 306. C. F. Herm. gr. Ant. I, 26, 6. II, 53, 26.

INDEX.

Typis Kirchneri Nordhusani.
